 mis huius doctrinae Praeceptoribus ea tempestate plenum gymnasium cogitans, eo se,
 annuentibus indulgentissimis parentibus, contulit. Ibi et Patavii Andream Alciatum,
 Paulum Parisium, Maxianum Sozinum, Ludovicum Godadinum, Augustinum Beroum,
 Joannem Antonium Alexandrinum se adeptum esse, audivisseque Juris utriusque professores,
 in Epistolarum nonnullis, quas penes se habuit D. Nicolaus Antonius manuscriptas, refert:
 quaedam de ingenio istorum, doctrinaeque, ac docendi methodo lectu adiacens non injurun-
 da: in quibus Paulum Parisium ceterorum omnium, qui simul cum eo profiterentur,
 in docendi hac methodo agnoscat, et vocat principem. Interea et Joannem Fasolum fre-
 quentavit Graecas in Bononiensi eadem Academia literas docentem: quas ad Jura in-
 kima cognoscenda omnino esse necessarias testatum ipse scripto relinquere non dubitavit,
 animo quasi praesagions in se ipso magnum quoddam, et fulgentissimum Juris utriusque
 lumen dispellendis barbariae tenebris, restituendisque nationi suo, tam sacrae, quam progna-
 na Jurisprudenciae monumentis per eam studiorum contentionem, atque industriam accendi.

Quibus, et humanioribus quibusque literis vacavit, maxime aetivis mensibus, Lazarum Bonamicum, et ~~Adrianum~~ Romulum Amasaeum etros utriusque linguae professorum familiariter habens.

Interim et sodalibus adscriptus Clementini Hispanorum Collegii dedit plana huius literarum domus, quo ante alios omnes, quos per tua ~~saecula~~ jam saecula produxit viros omni scientiarum genere ornatissimos, dum fuerit literis honos et pretium suum, gloriosissimum. Discursu jam Academico studio Florentiam venit comite Joanne Metello Segvano homine eruditissimo, cuius opera usus est in procurando Pandectarum Florentinorum volumine manu olim scripto, ibique adinstar Thesauri adseruato, cumque Novica, et Holandiae editionibus fidelissime, ac diligenter conferendo. Unde ei nati sunt Emendationum, & Opinionum Juris Civilis, quibus magna eius pars ex iisdem Pandectis declaratur, et emendatur, libri, iudicio, ingenioque praestantes: quibusque a juvene vix quinque supra viginti annis nato in publicum emissis, Italiam, quanta est, sui nominis implevit fama, brevique libello ingentium quorumcumque monumentorum, etiam a praestantissimis auctoribus venientium laudes et meritum adequavit. In quo exemplum Andreae Alciati sequutus, qui a consueta et injucunda Juris explanandi ~~forma~~ forma ad variazum, et observationum et lectionum amoenitates, primus discessisse videtur, exemplo fuit et ipse aliis Gallozarum praecipue, Belgarum, atque Hispanorum doctissimis, Labyrinthum et Philologiam in Juris commentaria, quorum a limine procul esse antea jubebantur, inducendi, veramque et germanam veterum multiplicis doctrinae viros Juris prudentiam in eum, quem socii jam tenet, locum, sive fastigium restituendi.

Laetium in eadem urbe Florentia Taurellum egregium, disertumque eius artis Jurisconsultum, cuius et plures ad Augustinum datae Epistole per D. Nicolaum Antonium olim fuere, atque item Petrum Victorum eruditione satis spectatum devinxit sibi studiorum similitudine: uti et civer suos Didacum Mencloram, virum clarissimum, Regium apud Venetos Legatum, et ab ultimis usque Lusitaniam finibus Hieronymum Osorium, qui tantum Augustini iudicio deferre solebat, ut ab eo monitus de nonnullis, quae in De Nobilitate Christiana libri minus sibi placuissent, sine ulla interpellatione se ea mutata in editione eorum responderent literis ad nostrum datis, quas cum aliis adseruabat laudatus D. Nicol. Antonius.

Romam tandem adveniens statim a Paulo III. Pont. Max. eius saeculi anno XLIV. inter XII. viros litem totius Orbis Christiani iudicandam, sive Sacri et Apostolici Palatii Auditores (in Ludovici Gomezii Pontificis Sarcensi donati locum, uti Guido Pancirolo de claris Legum Interpretibus lib. 2. cap. 188. et Andreas aut Schotus, quod male convenit cum promotione Gomezii ante annos X. ex Italiae Sacrae monumentis explorata cognita, nisi creatus etiam Episcopus Collegio isto non decesserit) postulante Cesare Carolo allectus implevit omnes numeros integerrimam, et prudentissimam iudicis. Propterea Julius III. intimis eius consiliis adhibitum in Britanniam quoque destinavit summa auctoritate Legatum, quo tempore inter Mariam Reginam, et Philippum Hispaniae Principem conjugium pactum fuit non eo successu, quem Christianorum spes conceperat. Cuius muneris Augustino commissi Hieronymus Osorius meminit adversus Gualterum Haddonum Elisabethae postea Britanniarum Reginae a secretis scribens, et Latinus Latinius in Epist. ad Andream Masium IV. Idus Februarias MDLV. Cum (inquit) ut gratias Regi, Reginaeque Pontificis nomine ageret, quod eorum opera Regnum illud ad receptionem Dei cultum, Sedisque Apostolicae observantiam revocatum est, tum praesertim, ut in componendis rebus, quae Sacerdotibus sacrorumque ministris decatae erant, tanquam

quam Jurisconsultus, Legato adesset: expressiusque Cardinal. Pallavic. lib. 13. Concil. Tri-
dent. cap. 10. n. 5. ubi mandata Antonio nostro tradita, quae signum 30. Januarii 1555.
afferebant, diserte exponit.

Roma deinde rediit, Paulo IV. in Ecclesia regnante, Praesul ab eo Allifanus re-
nuntiatus, in Germaniam ire jussus est anno 1557. ad Ferdinandum Imperatorem.
Cumque in Ecclesiam suam ab hac Legatione redisset, à Philippo II. bona Pontifi-
cis venia, in Siciliam ablegatur lustranda censorio jure huic Insulae: quo mune-
re defuncto Pius IV. Regiae nominatione, uti juris est, deferens Meridensis urbis
Cathedram opportuno illo Ecclesiae contulit tempore, quo Synodus sancienda inter
Christianos paci Tridentum ex omnibus illius oris convocabatur. Egregiam ibi nos-
trae operam navavit, utpote talium rerum consultissimus, expediendis utiliter Sa-
crae Conventus negotiis: reversusque in sedem suam totos XVI. annos pascendo inf-
tibus optimis vitaeque exemplo prae, doctissimisque adornandis, atque in publicum
emittendis lucubrationsibus vigilavit. Quousque tenente jam Petri Cathedram
Gregorio XIII. anno eius seculi 76. Praesul Tarraconensis Cataloniae Metropoli-
tani renuntiaretur, integro adhuc decennio usque huic nobilissime, novaeque
sponse venerabili omni memoria Ecclesiae convicturus. Decessit enim fere septua-
genarius anno 1586. vir, quem nulla dignè celebrare unquam poterit eloquentiae facultas.
Dabo tamen aliqua ex innumeris promiscue elogia, quibus praestantissimi omnium natio-
num et professionum homines iudicium de Augustino suum ad posteritatis memoriam
consignaverunt.

Andreas Schotus agmen ducat, qui nondum Societatis Jesu adscriptus Sodalibus
in eius domo per biennium liberaliter, utpote eruditissimus ab eruditissimo, habitus vi-
xit. Memoriam itaque eius penè incredibilem, studiorum contentionem, virtutesque
in perfecto viro, et quod plus est, Christiano Antistite laudandas, integritatem nempe ac
temperantiam, comitatem gravitate conjunctam, animi aequabilitatem, castitatis curam
in pauperes beneficentiam, adeo ut et passa sacra pignori dare, et libros etiam sibi
thesauro quovis pretiosiores in rebus archis, annonaeque caritate divendere non gravare-
tur, multis laudat Schotus, adjuvens quae de studiis maxime ad nos pertinent. Maxi-
ma in illo (ait) cognitio antiquitatis, summa scientia juris antiqui, Legumque Romana-
rum et familiarum: multa in eo, ut Romae natus videretur, litera et elegantia sermo-
nis Latini. Ciceronem etiam senex legebat assidue, ut eloquentiae principem; juris ve-
ro tanta in eo accuratio, ut veterum aliquis praestantissimorumque prudentum, Paulus,
Ulpianus, aut Papinianus ab inferis extitisse, ac revixisse, vel animam ex Pythagora
sententia recepisse illorum videretur. Quanta porro Historiarum, antiquarumque rerum
Graeciae et Italiae explicata cognitio! Jus Pontificum et Civile ita illustravit, hoc adoles-
cent, ita senex illud, ut principem illum Jurisconsultorum, nostrique aevi florem deli-
batum uno ore gentes omnes praedicent. Haec ille.

Paulus autem Manutius in Epistulis ad eum scriptis, secundo libro Epistolarum, Var-
ronem ab eo emendatum, et ad se missum, gratulaturus: Quantus (in prima ait) quan-
tus es, totus labor, totus industria es; in secunda, Universa arcam antiquitatis vocat;
in tertia, in scinibus eius conditos rerum antiquarum thesauros asserari ait; quarta
denuum acerum eum, ac severissimi iudicii, exquisitaeque ac multiplicis omnium
penè literarum scientia virum appellat. Laurentius Pignorius epist. 47. Profans, atque
Ecclesiasticae antiquitati gravissimum; Didacus Covarrubias 18. Practicarum casti-
te, Virum consensu omnium insignis eruditionis et diligentiae. Hieronymus Blancas

in Aragonensium rerum commentario, cui Romanam antiquitatem (de nostro Augustino aut) tractanti Italia ipsa cedit, cuius admirabilem quandam, incredibilem ac per divinam in antiquis legibus interpretandis scientiam omnium mortalium fama percrebrat: cui incorrupto totius orbis iudicio, ipsorumque doctissimorum virorum inter ipsos consensu tributum est ita, ut cum immensam illius aciem ingenii tantum omnes admirarentur, eum in omnibus scriptis, in omni literarum varietate non modo sibi ipsis, ac iis qui hodie vivunt, sed iis qui multis ante seculi fuerunt, libenter anteposant. Cui denique nullus honos tribui non potest. Hec ille, et alia post mortem Augustini, ubi de Joanne Larusa XLVI. Justitia, ut vocant, Aragonis tractat. Janus necnon Guterus in prefatione Inscriptionum Antonii Augustino obiter laudato his versibus plaudet:

Opponit unum quem viris prioribus
Aetas recentis temporis.

Onuphrius Panvinus integerrimam eandem aetate eruditissimum vocat in Fastis proemio, eique primum eorum librum nuncupat, multa exinde ei accepta refert. Hadrianus Turnebus 33. Adversar. 17. eruditissimum et optime de literis elegantioribus meritum. Jacobus Mercurius Recuperanda possessionis remedio 15. num. 5590. Juris verum alterum instauratorem. Quem imitatus Aubertus Miraus in Biblioth. Ecclesiast. Juris civilis et Pontificii instauratorem: uti Stephanus Eychius in Notis ad Valerium Maximum lib. 2. cap. 2. Virum suo seculo summum appellat. Quemadmodum et Caesar Baconius tom. XI. anno 1097. 40. Eruditione rerum sacrarum sua aetate in Hispania facile principem: et Joannes Leonclavius in prologo ad Collectionem Ecclesiasticarum Constitutionum, quas ipse Paratilla vocat, doctissimum omnium Episcoporum, qui nostrae vixere seculo. Legitur hoc opus, et prologus laudatus vol. 2. Biblioth. Juris canon. veteris. Franciscus Bosquetus Narbonensis Praesul in Notis ad Epistolam 1. lib. 1. Innocentii Papa III. virum nunquam sacrosanctam vocat. Plura alia sunt Justi Lipsii lib. 3. varior. lection. cap. 27. Dupini Biblioth. Eccles. saecul. XVI. Teissieri in Adversariis Thoma Balucii in Prefat. ad Correct. Gratiani, Lexi Micheli pag. 68. Hist. Hisp. Laruze tom. 2. Annal. Eccles. Aragon. lib. 4. cap. 6. Victorii, Aldorum, Scaligeri, Possevini, aliorumque magno numero nonnulli amplissimi concepta verbi praecordia.

Unde sibi accidisse, quod hominibus etiam doctis et vigilantibus usu verum solet, humanum ut aliquid per errorem admittant, persuaderi se facile patietur religiosus iuxta atque eruditus Joannes Bona Cisterciensium Reformatorem Generali relictam olim Praefectus, cum in Notitia Auctorum, qua instruire voluit in vestibulo Harmoniae suae psallentis Ecclesiae lectores, Antonii nostro Augustino sic in omni literarum doctrina, maximaeque antiquitatis, et Canonicae Sanctionum à summis viris usque Juris professoribus, Philosophiae ac rerum antiquarum omnis eruditionis principis celebrato, non multam in expurgenda temporum ratione, et Canonum veritate accusationem, magna injuria attribuit. Nos jam conceptam ex hoc Bona manus aequo iudicio modestiam solari, ac deponere conabimur, subiacentes amarae nostrae Augustini, ac Latini Latini carmina, primum elicta à Cl. V. D. Nicolao Antonio in sua Bibliotheca Hispana.

Antonius Augustinus
Ad Latini Latini.

Lucebant olim soles mihi candidiores,
Docte Latine, tuus,

* Ludovic. Nonius in sua Hispania cap. 8. Caesar Augustum describens, doctrina vero (sic) principum viros protulit Antonium Augustinum, de Aragonensibus, de Hispania omnique aetate antiquitate scriptis meritis.

† Elso. viror. abbas erudit. Thuan. Hist. sui tempor. Moseri in magno Diction. Gallico.

* Octavique patris dictis cum pectus enastum
Saepe foret vacuis.

* Pantagathi
nempe

Ultima nunc fessum vastis Hispania terris
Sole cadente tenet.

O mihi felices (frustra suspiria. duco)
Præteritosque dies!

Viximus, antiquas cum urbis lustrare ruinas
Romulea licuit;

Et Capitolas pacatis prendere turres
Aurea templa Jovis.

Innumeros illic varia de gente triumphos
Legimus è tabulis;

Censores cum Consulibus, Populique Magistris,
Ordine quemque suo:

Inde forum, sacramque viam, mysteria Pythi,
Dicere dulce fuit.

Quid memorem veteres Janos, atque Amphitheatrum
~~Alteatorum~~ Balnea, templa demos?

Dulce fuit, doctus cum conviva abdita quæque
Protulit in medium.

Laudamus multos, sed Fulvius, atque Faernus
Omnia ferre negant.

At quid ego? Verborum atas reddidit amicos,
Care Latine tuos.

Vive memor nostri: mihi Flaccus stillat in aurem:
Pulvis et umbra sumas.

Antonio Augustino

Archiepiscopo Tarraconensi.

Latinus Latinus 7. Idus Februarii

MDLXXVII.

Vix juvat Antoni sine te monumenta piorum

Vel Turiani, aut Hosii,

Montanive tui, vel Castri scripta Leonis

Armata dente et unguibus

Volvere; mirarique sacris è fontibus hausta

Documenta, quævis Canisius,

Et veteres ritus, et mystica sacra tuetur

Adversus hæreses novas.

Olim cana meos mutarant tempora sensus,

Urbisque cineres, et virum

Concelebrata diu magnorum nemina, resque
 Gestas inanis otii,
 Insaniquè laboris opus verè esse putavi
 Suisne busta marmorum
 Admiranda, Deus! collapsa theatra, domoque
 Mandavit? An Patricios,
 Plebejosque notis cives discernere certis?
 O varia mens mortalium!
 Scilicet hoc tandem regni caelestis ad aulam
 Fessas reducet exules.
 Viderit hæc Pyrrhus¹, videat quoque Fulvius²; at me
 Non Petrus id Ciaconius,
 Nec mihi jam dudum conjunctos inter Iberos
 Thomas Michael³ perdocent;
 Quorum lecta piis solers industria acrisque
 Ad Gratiani vulnera,
 Non sananda modo, sed restituenda nitenti
 Fructus perennes parturit.
 Hos ego censes vitæ, morumque magistros,
 Libenter, Antoni, sequor:
 Dum tu sacra Dei peragis mysteria, dum te
 Superba Tarraco patrem
 Agnoscat venerans, attentisque auribus audit
 Christi docentem dogmata,
 Quis sine nemo potest veram sperare salutem.
 O te beatum septies,
 Qui vanas hominum curas, sterilesque labores,
 Quæ cæcus amat amor sui,
 Sprevisisti docilis prime, sub flore juventa
 Christi sequens vestigia!
 Te procerum veneranda cohors post funera tandem
 Inter sacratos Praesules
 Non procul à Domini sublimi sede locandum
 Expectat avida tuus. Vale.

Extant quidem inter Latinæ opera Epistole aliquot ad Augustinum volumine altero. Ex-
 tat et alia quædam ad eum data à Joanne Verzosa viro disertissimo lib. 1. eius Epistolar. me-
 tricarum quidem, hoc initio -

Dum reus inconcinuus abest, actorque superbus,
 Antoni, quid apud rerum, Augustine?

Libiborum ab Augustino confectorum, illustratorum seriem ex Andrea Scoto, non
 nullis additis subjungimus.

De Humanitatis studiis hæc sunt, atque Historia -

In M. Terentium Varronem de lingua latina emendationes et notæ. Romæ 1557.

In Sextum Pompejum Festum Notæ. Venetiis et Lipsiis.

Famula Romanorum XXX. cum Fulvii Ursini familiis. Romæ 1557. in fol. Lugduniquæ
 apud Francisc. Eabrum 1594. in 4.

1 Ligorius nempe
 magnus antiquarius.
 2 Ursinus.
 3 Michael Thoma-
 sius Herdensis Epi-
 scopus.

Fragmenta veterum Historicorum, ab eo et Fulvio Ursino collecta. Antuerpiae 1595. 8.

Epistola ad Hieronymum Blancam, De Casaraugustana palatia communis Episcopii atque Concilii, cum Fashi Aragonensium rerum a Blanca edita.

Epistolae ad diversa, et Galiam Constitutionum Hispano etiam sermone -

Los Dialogos de las Medallas, Inscriptiões, y otras antigüedades. Tarracone apud Philippum Mey, 1582. in 4. sive etiam prius 1575. in 4. Qui postea Italicè sunt editi, ac editi, tandemque latine ab Andrea Scoto, qui undecimum addidit de cem Augustini Dialogis, de Prisca nempe Religione, ac Diis pentium. Antuerpiae typis Aertsii 1617. in fol.

De Jure Civili sequentes -

Emendationum, et Opinionum Juris civilis libri IV. Adjunguntur ad Moderinum, sive De Excusationibus lib. singularis, et ad Lulium Taurellum J.C. De Militibus Epistola. Lugduni 1544. in 4. Ibidemque apud Antonium de Harsy 1574. 8. Venetiis quoque apud Juntas 1543. et Basilea.

De Legibus et Senatus Consultis: Cui adjunxit Notas Fulvius Ursinus, editaque Romae apud Dominicum Basam 1583. in 4. Prodiit deinde Parisiis in fol. 1585. et Lugduni in 4. 1592. Simul quoque sunt Legum antiquarum, et Senatus Consultorum fragmenta.

De propriis nominibus τὸ πανδριστε Florentini, seu Pandectarum, cum Notis. Tarracone apud Philippum Mey 1579. in fol. C.

Constitutionum Codicis Justiniani collectio. Merde 1567. in 8. Nempe Graecae Constitutiones, quae in eo desiderabantur, ex multis Graecis Codicibus Bibliothecarum Romanae, Florentinae, Venetae: sive quas ex Joanne Metello Sequano Lugdunensi librarii extorsissent, Cujaciusque in editione sexagesimi Basilicorum libri publicavit.

Novellatum Juliani Antecessoris Epitome, cum Notis et Constitutionibus Graecae, eodem Augustino interprete. Merde 1567. in 4. et fol. Legeri Rhodiorum Navales emendavit, ut Epitomator inquit Gesneri.

De Jure Canonico, et rebus sacris -

Antiquae Collectiones Decretalium, cum exeditis Notis. Merde 1576. in fol. apud Petrum Robertum, et Joannem à Villanova. Romaeque apud Dominicum Basam 1583. 4.

Canones Laetentiales cum Notis. Tarracone 1581. Venetiisque apud Felicem Valgrisiu 1584. in 4. et cum Epitome Juris Pontificii mox laudanda, Parisiis 1641. fol. Dialogi XL. De Emendatione Gratiani, sive libri duo. Tarracone 1586. in 4.

Parisiisque 1602. in 4. apud Petrum Chevalher.

Note in Canones LXXII. ab Hadriano Laya adversus falsos accusatores, et oppressores Episcoporum et Pontificum in gratiam Ingelrammi Mediomatricum Episcopi Romae tunc degentis collectos, et communicatos Indictione IX. anno DCCCLXXXV. Prodiit in Canones cum notis Tomo V. Conciliorum ex editione Bini pag. 567. et sequentibus.

Collectio Constitutionum Provincialium, et Synodales Tarraconensium. Tarracone in 4. Prodiit quoque in Collectione Conciliorum Hispan. Cardinalis de Aguirre pag. 480. et 4.

Epitome Juris Pontificii veteris, in tres partes divisa; De Personis, De Rebus, et De Judiciis. Quarum prima edita fuit Tarracone 1586. in folio. De cuius operis fine, utilitate, et excellentia videlicet cognominem auctoris Antonium Au-

* ab anno 1300. usque ad 1580. praefixis Praeque Tarraconensium Antiquum Catalogo.

* anno 1614. opera
fratr. Alphonsi Ciacco-
nii, Ord. Praedicator.
Peretto Cardinali Ale-
xandrino dicata, et
sub auspiciis &c.

gustinum Jesuitam in praefatione ad integram huius Epitome editionem Parisi-
nam anni 1641. Quae facta est duobus voluminibus in folio, sumptibus Michae-
lis Soly, Matthaei Guillemont, et Gervasii Alliot, adjuncti in postea Conomibus
Lamentabilibus, de quibus supra loquuti sumus. Sed et alia editio Roma curata
fuit eiusdem Epitome* auspiciis Pauli V. Pontif. Max. iuxta Augustini M. SS. co-
dices, qui jussu Sixti V. et operam navante Antonio Carrafa Bibliotheca Vati-
cana Praeposito, allati ex Hungaria, et in eadem Bibliotheca sunt repositi. Ad cal-
cem vero secundae partii egregium secessit -

De quibusdam veteribus Canonum Ecclesiasticorum Collectoribus iudicium et cen-
suram.

Prodiit tandem in editione Recentiorum Rote Romane Decisionum, seu potius in
Theodosii Rubei Singularium ex Sac. Rote Romane Decisionibus selectarum vol. 1. pag.
149 -

Repositorium, sive Epitomatarum Decisionum Rote, duobus libris distinctum,
quod sequitur (auti Rubei aut) ab eadem Rota in causarum decisionibus, et ab alii
Doctoribus allegantur.

Decisiones quoque eiusdem Augustini fuerunt in Bibliotheca Obisacensi Co-
niti duobus voluminibus distributa, nisi fallit eius Catalogus. Itemque in Bibliothe-
ca Francisci Legna.

De Fermento apud Innocentium I. Papam epist. 1. ad Decentium, cum La-
tino Latino contulit: inter cuius epistolae altera jam volumine editae quaedam
epistolae huius argumenti ad Latinum data.

De Citationibus Augustini opus laudat Hieronymus Gonzalez in Reg VIII
Cancellariae glos. 9. 5. 1. in annotationibus contra nullitates &c. n. 54. Item eius -

Annotationes in utroque iure, et Annotationes Rotaes, atque item verbo-
rum Repositorium alii laudant; quae adversaria potius, quam perfecta aliqua, aut
perficienda opera per me sint.

Epistolae quae ad amicos dedit, prolo quidem dignissimas, quarum bonam
partem per se D. Nicolaus Antonius sibi servavit, et forte ipsemet sunt,
quas fragmentorum Augustini nomine Cardinal. de Aguirre t. 4. Concilior. Hispan.
edidit.

Nonnulla etiam alia Augustini nomen praesferunt, uti in Catalogo Bibliotheca
Doctoris Sone Aragoni -

Institutiones Juris Civilis Canonici, ineditae; si credimus Lancrolo in De
claris legum Interpretibus libro secundo. Nonnulli et

Historia Conciliorum nondum suo tempore editorum, quam scripsisse eum
refert Hieronymus Roman de la Higuera in Hist. M. S. Tolotanae urbis, et regni
lib. 9. cap. 9. et laudatur Lancrolo, qui et ad Hadrianum librum singularem:
Itemque in Lanctas Florentinas Indicem verborum, inter nondum edita Au-
gustini commemorat.

Elaborabat et ad Edictum perpetuum opus, cuius meminit Lohus Ten-
rellus in literis ad nostrum datis 13. Kal. Septembris. 1546. quae apud laudatum
D. Nicol. Antonium fuerunt M. SS. Item Dialogos, in quibus, ut ipse ad Ber-
nardum Boleam scribens testatur: Questiones acriter a Doctoribus Juris gita-
tas conscribo, quibus meae mediocritatem ingenii in inveniendo, collocandoque, et
dilu-

dilectis argumentis, cognitionem latine lingue, si quam habeo, exornanda quæ-
 stione, et ad Tullianam, Socraticamque imitationem deducenda, quod per me fieri
 in potest, ostendo. Si quæris (subjungit) quicum in hiis disputem? tecum primum,
 cui magnam eorum partem debes; cumque Ruizio* et Soza opinor, condiscipulisque
 aliis meis, qui post tuam profectorem Bononiæ, inque meam venerunt famili-
 aritatem. Ineditatus itidem fuit eorum, qui in Collegio Bononiensi unquam vixerunt,
 vitæ una libello comprehendere: quod in alia ipse aut Epistola ad Joannem eundem
 Soram.

* Petrus Ruiz
 de Moros,
 et Joanne
 Soza civibus
 suis.

Ut finiam, contentus pro lectoribus Augustini amantibus ad luculentiorum Pro-
 lecti descriptionem intendisse dixit, Summa in eo Vires corporis fuit dignitas, statu-
 ra procora, egregia corporis, membrorumque habitudo, robusta ad extremam etatem
 valetudo ac firmitas, incessus gravis, in aspectu gravitas comitatis conjuncta, in sex-
 tone levis, concinnaque brevitatis. Jocu etiam urbanus interdum, et salubris utebatur,
 sed cum literatis hominibus. Ocelli perexiguæ, et flava coma; hebetata, ut sit af-
 fidus lucubratoribus, oculorum acie: vitæ itaque perpetuo usus est. Denique in toto
 corpore ea dignitas eluxit, quam imperio dignam Eusepius judicavit: ait Sotus.

Iacet in Æde maxima Tarraconensi sub hac epitaphio.

D. O. M. S.

Antonio Augustino Casaraug.
 Romæ olim in Urbi et Orbis Luce
 XII-Viro Litium judicandarum
 Ex Allifano, et Merdicensi Episcopo
 Tarracon. Archiep. in pauperes munifico
 Bene de Antiquitate et Literis merito,
 In hoc Ædis Sacre D. Thecla Virg. et M.

A se ampliat. membris, et ad Aram
 In spem resurrectionis quiescenti,
 S.P.Q. Tarracon. P. H. C. et Colleg. Canon.
 pon. curarunt.

Vixit annis LXX. M. III. D. III.

Obiit damno publico
 Pridie Kalendas Junias
 MDLXXXVI.

Qui ampliora Augustini adhuc encomia desiderat consulat Cujacium lib. 12.
 Observat. cap. 28. et 29. Anton. Fabrum lib. 5. Conjectur. cap. 20. n. 5. Anastas.
 Germanium Animadvers. juris lib. 4. cap. 1. in principio: Paulum Merulam in
 Cosmographis parte 2. lib. 2. cap. 8. Sforzam Cardinalem Pallavicinum
 in Histor. Concilii Tridentini lib. 15. c. 15. n. 5. lib. 16. c. 4. n. 20. lib. 17. c. 7. n. 15.
 lib. 21. c. 4. n. 3. lib. 24. c. 8. n. 6. et 8.

Faint handwritten text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Second section of faint handwritten text, appearing as a list or series of entries.

Third section of faint handwritten text, containing several lines of script.

INDEX

Final section of faint handwritten text at the bottom of the page.

21

D. Antonius Codina, Episcopus Jacorensis, suffraganeus Barchinensis, non aliunde mihi notus, quam ex Catalogo Artistarum, qui ad Synodum anno 1551. Tridentum Pontificis Julii III. Edicto reductam operam suam collegis praestitit, cuius et meminit Prudentius à Sandoval altera parte, Histor. Caroli V. lib. 31. §. 38. Ludovicum Cola, Ampuritanum Praesulemque fultus testimonio mihi incomperum) ipsam appellans.

D. Antonius Corrionero, in Babilafuente sacri territorii Salmantini oppido natalis sortitus, propinqua gymnasii oportunitate accepta liberaliter sacraeque literas eo quidem profectus didicit, ut et ad S. Salvatoris Ovetense majus Collegium admitti, et D. Thomae Cathedram communem Theologiae candidaturam suscipere reserendam suscipere meruerit. Canonici hinc summi templi Zamorensis ad foribum è suggestu erudientium creatus, Philippum Hispaniarum Principem anno 1554. Angliam proficentem inter egregios praestantesque Theologos, quos secum pro rebus religionis suae iusserat, sequutus est. Tantamque ibi ad Romanam Fidem in Hispaniam effugam restitutam, collapsaque mores in meliorem formam instituta, operam adhaec, ut Regi muneris visum Philippo fuerit, ne hominem adeo bene de religione merentem, doctrinae et Christiana pietate praecipuum absque munere abire pateret. Conscius itaque Almeriensem Ecclesiam tunc temporis fere esse orandam Pastorem, incantanter Antonium nostrum ad Lemortum ad sedem exple- dum Hispaniam repedare imperavit. Verum patriam viam praesensque salutaverat, quando perexie praesens, justis quippe Pontificis Maximi, Regisque Catholici iuge- bat, compulsus est, Tridentum perire ad Synodum videlicet Tridenti à Pio IV. postremo revocatam. In ea Antonius praeclearè se gessit, tum honestissimis satisfaciens moribus, atque virtutibus egregiis, quibus à juventute praeditus erat, tum ser- provid
vata persequi atque dilucidè, et ab omni contentione astu suffragia inde rebus provid
difficultatis quidem, atque sententias proferens, quarum nonnullas Lallavie in Concl. provid
Histor. praesens l. 15. cap. 16. n. 5. c. 17. n. 3. lib. 17. c. 7. n. 10. cap. 11. n. 2. lib. 18. c. provid
5. n. 1. c. 8. n. 12. lib. 22. cap. 4. n. 12. honorificè refert. Generali absoluta provid
Synodo, Provinciali alteri Granatae anno 1565. ab Archiepiscopo D. Petro Gene- provid
ro convocata interfuit, et ultraque sacra decreta, ad usum communi scribi praesens provid
seruavit optimis moribus imbuendum, in praesens reducenda dum intensissime praesens provid
tue, animam caelo dignam anno 1570. ad superos emisit.

D. Antonius de Covarrubias & Leiva, Tolatani, non civitate

tantum jus magna cum sui nominis laude professus fuit in Academia Sal-
 manticensi, sed insignem totius antiquitatis cognitionem, perfectissimamque
 ca lingua notitiam habuisse dicitur. Siquidem Andreas Schotus, Graecè et
 ille doctissimus harum literarum doctorem eo in Hispania neminem vidit. Sa-
 mantica certe, inter sodales majoris Ovetensis Collegii à die 25. Julii 1559. alle-
 tus, Licentiatus in Casarea jure laurea donatus, dicebat Antonius, dum ipse
 hu minori Didacus frater natu major, quo tempore Se~~decim~~virum Praetori
 Gratatensis agebat, selectissimum, quem de Numismatibus elucubraverat,
 Tractatum nuncupavit. Granatam inde, in fratris Didaci ad Civitatem Pontif-
 ficum eveci locum, jura populis ultra Tagum longe lateque protentis jura dicitur
 turus anno 1560. petiit, utrius Triden~~Jun~~gum fratre biennio nondum exacto, et
 à Philippo Illius inter Jurisconsultos illos, quos pro^{ter} Castella et Legionis regni
 ad Concilium Generale destinaverat. Cumque illi veteri controversia de praerogativa
 loci inter Oratores Hispanam et Galliam ageretur, et inita pro Caetibus concordia
 fuisset; Ingressus in Conventum 21. Maii anno 1563. Claudius Vigil de Quinones,
 Comes de Luna, Regis Catholici Orator, priusquam sedem seorsim ab aliis oratoribus
 sibi designatam à Legatis acciperet, ne per id intelligeretur aliquid ex jure sui
 casu detractionem in paratam contestationem à nostro Covarrubia recitari jussit
 Reversus inde Auditoris munus Lincia gessit, quoadusque evocatus in Regiam Cur-
 iam, ~~auditor~~ inter Supremi Castellae Senatus conscriptos aures collectas pro-
 meruit. Eo in honore excellentem memoriam cum doctrina conjunctam, elegantem
 que veritatem ante alios Regi suo commendavit, alicui ut, Schoto eodem affi-
 mante, instar omnium fuerit; sed tamen cum factus esset propter auctoris
 tarditatem huic parum idoneus muneri, sacro in Collegio Ecclesiae Tolotanae
 Canonicus et Scholarcha, qua dignitas Academia Praefecturam continet, ab eodem
 magno Rege, eodemque singulari doctorum hominum factore collocatur. In qua
 studiis assidue vacans, firmis valetudine, et ingenii corporis forma, usque ad
 em 21. Decembris an. 1601. aetatis autem 78. quo urina oppressus stillicidii
 vite cursum absolvit. Sciebat -

Regni

Derecho que el Senor Rey Phelipe II. tuvo à la Corona de Portugal.
 M. S. cuius operis meminit Schotus, et de Authore subjungit: Moliebatur
in Aristotelis Politicorum libros octo Commentarium, et quidem post Sequeludae
Victorium, et Perionium, quod ab haeredibus aservari arbitror, et, utinam lucem
aspiciat!

Didacum fratrem in Variarum Resolutionum libris concinnandis adjuvissè
 dicitur egregiis humanitatis observationibus et notis. Utque tanti viri nunquam
 deficiat memoria, adjuvant frequentissima elogia à praestantioribus literarum
 cultoribus ei tributa. A Sebastiano quippe Ximenez doctissimus ac praestantissimus
 vir Auditor Supremi Senatus, Canonicus, Cancellariusque dignissimus huius almae
 Senola Tolotana audit in Concordantiis utriusq. jura. Praefat. Omnis antiqui juris,
 Philosophiae, Graecaeque linguae peritissimus iterum à Schoto in praefatione Compositi
 le editionis. Item in Notarum ad Suasoriam primam Seneca locum huius
 is Antonio rediens, hominem vocat omni doctrina genere, et juri Scientia ex
 cel-

cellentem. Ludovic. Nonius cap. 59. Hispania nunc nunc (inquit) Toletanos insigniter doctos, linguarumque in primis peritos, bina fratrum genera, Joannem et Franciscum Vergaras; Didacum et Antonium Covarrubias Jureconsultos egregios. Joannes Grial item in proemio ad editionem Matritensem s. Isidori Hispalensis operum refert Alcazum Gomezium in emendandis huius Originibus egregia usum fuisse opera Antonii Augustini Praesulis Tarracomensis, Petrique Chacon Toletani, et aliorum, in primisque (verba Griali subiungimus) Antonii Covarrubias nostrorum omnium quoque fuisse undecumque doctissimi et elegantissimi viri communicatione. Justus necnon Lipsius binas ad nostrum Epistolas dedit, quae sunt 8. et 77. Centuriae ad Italos et Hispanos, in quarum altera Hispania sua magnum laudem appellat: sicut ad Petrum Pontinum Epist. 22. Cent. 1. ad Belgas de nostro scribens, Conseo (ait) lumen ac sidus illius tractus. Ad ipsum quoque Pontinum Epist. 24. Cent. ad Ital. et Hispan. data, iterum verba de Antonio faciens: Sed qui (interpellat) noster Covarrubias, ille senex senis Homericus aeo dignus? Sed non etiam Homeri fato, quo tamen audio et doleo eum affectum. O virum corde mihi non ab annis, sed à lustris jam amatum!

Quem manibus pupillis finxit cordata Minerva.

Tandem Cent. 1. Epist. 45. Andrea Scoto directam de literis sibi ab Antonio nostro datis ita censet. Deus bene! quae illa adme epistola! nentior si ab aliquot annis literas videri magis literatas. Ambiduum profecto arcana doctina pectus illud oportet, quod promit tam docta.

D. Antonius à Cruce, ~~et aliorum~~ Burgensis diocesis quodam incomperato nobis oppido in lucum editus, Tridentina Synodo sub Paulo III. à quo quo paucis retro diebus, postulante Carolo Cesare, Canariensis fuerat ~~creatus~~ ^{creatus} Episcopus, à secunda usque ad octavam sessionem, in qua illa ~~Bononiensis~~ ^{Bononiensis} decretum ~~et~~ ^{et} transsendo Bononiam Concilio praesentavit maiori partem interfuit. Nec inde discessit, donec Bononiensi soluto coetu, Pauloque eidem superos consensu, ei per Cesarem licuit Hispaniam repetere; atque in Fortunata esse confusus Incolas credito sibi passendo grege. ~~At dum~~ ^{At dum} Gradibus transmissionem exspectat, placet

221
disse animam Deo redidit, ut Authur est Nunez de la Peña lib. 3. cap.
2. Expugnationis Canariens.

Antonius Garcia, sacrae Theologiae Doctor, cum Ovetaensi Anti-
tite D. Hieronymo de Velasco, cuius Theologum agebat, Tridentino Con-
cilio in postrema Pii IV. indictione interfuit, eiusque nomen in catalogo
illorum, qui Praesulum comites adfuerant, ~~presertim~~ invariabilem
legitur.

Antonius Leitonius, Lusitanus, data Parisiis sacratissima
literis strenua opera, et Doctoris laurea Theologica in per celebri eiusdem
urbis Academia anno 1553. ingenti plausu insignitus, Tridentina inter-
venire Synodo, Pio IV. in Ecclesia regnante, digne promeruit Joannis Sua-
rezii Conimbricensis Episcopi Theologus.

Antonius de Padua, Lusitanus, ordinis Minorum, post ~~alios~~
nonnulla Provinciae suae non sine laude moderata caenobia, amplissimum Secreta-
rii munus obibat, dum Tridentum ad Synodum sub Pio IV. praesidi
iussus est, sive sui Generalis Ministri individuus comes, seu Sebastia-
ni Lusitaniae Regis Theologus, aut utroque praecipue nomine, uti crede-
re par est; et si Antonii nomen in Catalogis non usque inter Theologos
a Lusitano Rege missos, sed cum FF. Ordinis Minorum existet. Non
enim omnes in illis minores Theologi leguntur, qui Tridentum Concilii
causa convenerant, missi alii a Principibus, alii a florentissimis Religio-
sorum Ordinibus et Academicis, adductique alii secum a Patribus, a sum-
mis Ordinum Praefectis, ab Oratoribus Principum; neque de classe seu
loco quemque ibidem obtinuit, a Catalogorum descriptis fuit
nimis curatum.

teorum.

D. Antonius Parrages de Castillejo, è Tergestino in Istria
ab anno 1549. Episcopo Calaritano Archipræsul et Sardinia Primas
1558. renuntiatus, sub Pio IV. inter Tridentinos Patres sententiam suam
concinne quidem ac erudite tenuit.

23

Antonius de Porras, Artium Magister et Theologiae Doctor, à con-
cionibus sacris in Placentina Ecclesia Canonicus, uniuersaeque diocesis
illius vicentissimus Visitator, D. Cuterii de Vargas Carvajal Placentinen-
sium Episcopi in Tridentina Synodo, summi Pontificatus apicem Julio tenente
III. Theologus, doctrina sua morumque praestantiam posteris commen-
datam reliquit ex opere non contemnendo, cui titulus.

Tratado de la Oracion, typis Complutensibus Joannis Brocaredi
to in A. eademque Placentina Praesuli nuncupato. Desideratur editionis an-
nus; nisi idem forte sit cum impetrata ad editionem Regiae facultatis, sc-
licet 1551.

D. F. Antonius Gaspar Rodriguez, Ordinis Minorum stic-
teris observantia, quae de ~~Santa~~ à devota mani saeculi pompa glorio-
sum ei Sancti Michaelis indidit agnomen, innocentis vitae vir, rerum
sacrarum studiosus, optimisque disciplinis excoltus, Mentis Mariani
in Latio Episcopalem Cathedram in praevigilio Dominici natalis anno 1552.
regendam suscepit. Co in munere consuetam retinens antea vitae rationem,
miram in modum elaxare coepit tum beneficentia in pauperes, tum exemplo
vita, ac doctrinae verbo, omnium necnon virtutum studio. Dumque exequendo Ep-
iscopali officio ita sedulus invigilaret, Tridentum ad Generalem Ecclesiae concilium
non Pontificio tantum Pio IV. Edicto, sed et Regis literis ad eum datis pro-
ci iussus est. Inde mox ad sedem suam regressus, redigendisque in ordinem
Concilii sanctionibus totus incumbens, Lancianensis Praesul Aprantina in
Neapolitanae regni Provinciae Metropolitanus anno illius saeculi septuagesimo 2o.
Octobris renuntiatur, non ut sibi, suove esset proficuum, cumtaxat exire; sed
ut feruendum divini honoris zelum, inflammationem salubris proximorum studium,
suamque in rebus agendis prudentiam ac dexteritatem in commune quoque
Ecclesia commodum, quoties sese offerret occasio, longe lateque diffunderet. Quae
et post non multos annos egregie praestitit. Malatensium Curiam veniens, à Cle-
mente XIII. d. M. destinatus, ut coram Philippo Rege Catholico pro instauran-

32
da fassa adversus Turcas jurato Christiani nominis hostes expeditione Pontificia
aperit vias. Qua missi per sancta legatione, cuius et Lauro meminit d'Arceus ad
terra Histriae Venetae parte lib. 3. suam regerunt sedem, quam sanctissime pra
dentur ad extremum usque vita diem administravit. ^{Incident} ~~Contigit~~ is in omnium
Sanctorum festis annis 1576.

Antonijs de Solis, sacra Theologiae Doctor, spectatae salis
doctrinae vir, etsi aliunde nobis ignotus, cuiusque literarum sacra scientia
vel ex eo videbitur, quod Tridentina Synodo, tum sub Lauro huius
nominis Papa III. (teste Sforza Cardin. Pallavic. in huius Concilii Histor.
lib. 8. cap. 11. num. 7.) adesse, et inter minores Theologos sententiam di
cere dignus fuerit habitus, tum demum tempore Pio IV. Pont. Max. ab
eo cum ceteris sedis Apostolicae nomine destinatis Theologis missus.

F. Antonius de Ulloa, Ordinis Minorum, Summo Ecclesiae Pas
tore Julio istius nominis III. Tridentum venit Comes Alphonsus de Castro iussu
Regio proficiscenti a suis Praefectis designatus, eiusque sententiae in gravis
simo illo Patrum consensu aliquando explicatae meminit Cardinal. Pallavic.
lib. 12. Hist. Conc. Trid. cap. 2. num. 5.

F. Antonius de Utrilla, ordin. Praedicator, a Fr. Bartholomaeo Carranza de
Miranda eiusdem instituti socius est acceptus in secunda ad Concilium Tridentinum pro
fectione sub Julio Papa III. deincepsque individuum fuit comes ipsius Carranzae
qua in prosperis qua in adversis posterioris vitae decursumibus.

- D. Arias Gallego, ex violata Religione apud Casaraugustanos Judice Gerundensis in Catalonia Episcopus, Tridentino Concilio, Pio IV. in Ecclesia regnante, interfuit, et patriam sedemque repetitus ad Carthaginensem ampliore rationis et cathedram translatus est 18. die Junii anni 1565. Obiitque Murcia an. 1573. ubi jacet in Ecclesia Monasterii à Matre Dei, quod inhabitant Moniales S. Clara.

24
+ cum Tarraconensis
Provinciae Concilio
adesset

Augustinus de Loscos, Valentinus forte ex Setabi, ubi tunc temporis istius cognomen familia florebat, Abbas Sancti Benedicti de Ferrara Congregationis Cassinensis, luculentam ad Tridentinos Patres habuit Orationem die 12. Martii 1562. Magno sacra Gregorio sanctissimo Papae, et Ecclesiae Doctori.

152
F Balthasar de Heredia, Ordinis Prædicatorum, Bossanensis in
Sardinia Episcopus, Tridentum ad Synodum, cum præmum à Paulo Papa
III. indicta fuit, evocatus, ob eximiam ~~que~~ morum et doctrinæ præstantiam
summo apud omnes in honore habitus est: proptereaque dignus, quem sa-
cra Concilii Præsides et Apostolici de Latere Legati cum nonnullis ex Pa-
tribus sacram præcipue Theologiam præficientibus seligerent atque deputarent
ad aptandum, conficiendumque Decretum de Justificatione, quod postea
in 6. sessione solemniter publicatum est. Iterumque Tridento eadem de causa
accessit sub Julio III. Calaritanus jam Præsul, Sardiniaque Primas prome-
ritis constitutus, ibique rem sacram fecit die Septembris prima, in qua
Sessio 12. celebrata fuit, anno 1551.

25

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]

F. Dominicus de Soto, Segobienſis, natus, religioſa professione Domini-
 canus, literis atque utiliore doctrina, quam in corrupti mores equeſtris commendabant,
 parem ſuo ſeculo, aut certe ſuperiorem habuit meminem. Natalis annus ei 1494.
 parentes obſcuri, quorum alterum Franciscum nomine vel ipſe filium arrogantia ſe-
 curus cultorem fuiſſe horarum jactare ſolitus fuit. Franciſci lutiſtica appellatio ei
 contigit, quam ſodalibus Predicatorum adſcriptus mutavit. Grammatica diſcipli-
 na factus Segobia compoſ non quidem valuit ſtatim e paupertate profundo emer-
 gere, quin ad viculum quendam Ochando dictum XX. ab ea urbe paſſuum milli-
 bus poſitum ad ſacrae miniſterio deſerviret, hoc eſt, Sacriſtam ageret. Complu-
 to hinc ſe ſiſtens, familiaritateque ibi Ferdinandi de Saavedra Beſici Benal-
 cazarenſis, praecptoreque uſus, Thoma de Villanueva Ildephonſi Collegii per id tem-
 pus ſodali, Auguſtini deinde aſſecta et Valentino Antitite, atque in Sanctorum
 album hodie jam relato, Philoſophia operam dedit. Huic intentum Academia
 Pariſienſis omni tempore celebris ad Coroneliorum fratrum itidem Segobienſium,
 quorum in ſuis literis vires erant ſpectate ſatis doctinae, frequens gymnaſium in-
 tavit. Eius lycei percepto aliquot annorum fructu, quem pieſocem et amari ſapo-
 ris plenum ad maturitatem nunquam perductum (quae illius ſaeculi fuit conditio)
 operamine fecebat, artium factus Maſter, una cum Saavedra perpetuo ſtudioſum
 comite ad patriam, Complutumque remeavit. Huius Academiae paulo poſt crea-
 tur calculis Philoſophia praecptor, Sanctique Ildephonſi Collegii toga ſex et viginti tri-
 bus annis cohoneſtatur.

Sed cum pietate literis pari jam tum floretet, ſana mens religioſi, hoc eſt, futu-
 ri ſtatuſ deſiderio inflammata manum ei fortiter injecit. Burgis ergo nomen de-
 dit inſtituto fratrum Predicatorum: qua electione, ut fama eſt, id maxime vo-
 luit, ut in vicem cujuscumque hominis, quem olim ab amplexu iſtius Racheli de-
 hortatus fuerat, ſubintranſ, eidem ſacro ordini paria faceret. Manens ibi ſo-
 dales docebat, cum ad Salmanticensis cathedram Theologiae veſperatinam peti-
 tum ire juſſus, novus homo, quantumvis a veteri Complutenſi professione non ignotus,
 antiquiores omnes illius muneris candidatos voti factus re ipſa compoſ, ſupera-
 vit. Deinde in his verae ſapientiae Athenis Hiſpanis conſtitutus, parique laude et
 fructu Theologiam S. Thomae germanam docens, omnes non ſolum Academiae
 illius, ſed et noctrae gentis homines in admirationem ſui quotidie majori conver-
 ſere coegit. Lex eos dies editus ab eo eſt Artium, ut vocant, Cursus, ſive
 pars illius, Summula nimirum, Dialectica, et Phyſica: in quo Ariſtotelem a
 Sophiſtarum tunc late regnantium in ſcholis tyrannide vindicavit.

Sed intermittere hoc docendi munus anno 1545. ad nutum Regis Caroli
 opus habuit, Tridentinumque una cum Bartholomaeo Carranza de Miranda
 eiusdem inſtituti publice ſacrae rei cauſa ire, quo doctiſſimus quique, tam col-
 legiorum Eccleſiaſticorum, quam coetuum religioſorum ex toto fere Orbe Chri-
 ſtiano feſtinabat. Abſens ab ea Synodo Generalis familiae ſuae Praefecti locum,
 auresque Latinae ſolemni Dominicae prima Adventus diſtione occupans, in-
 clyte velut inauguratſ eſt ei, quam toto conventus almi tempore ſuſtinuit,
 fama. Duos his diebus libros de Natura, et Gratia, ſancto obtulit Syno-
 do, mactus ob id honore in poſterum ferendi pro ſymbolo manus duas in ſe
 complicatas ignis flammam evomentes, inſcriptumque e regione illud Pauli
 ad Galatas, Fides, quae per charitatem operatur: quod quidem hodieque ſym-

* quam Auctor ejusdem
 Concilii ſeſſione lib 6. c.
 2. n. 5. beneſſe commen-
 davit praeter verba. Pa-
 re jam erat, ut judican-
 ti facultas impetrare-
 tur Dominico Sen Domi-
 nico. Is magnum The-
 ologiae lumen ea tempe-
 rate habebatur inter eos,
 qui primi poſt Franciscum
 Victoriam, Soti Maſtrum,
 gloriam hereditatemque
 illius ſcientiae in Hiſpanias
 Academiae alte fundavit.
 Acceſſit ille tanquam ſuf-
 fecus ad ordinis ſui Gene-
 rali Vicario, domeſticis co-
 mitibus alibi eſtento. Sed
 ceſſimus admonuit, Dile-
 ma Pontifici obſtare, quo
 cavebatur, ne ad ſuffra-
 gium admittetur quicum-
 que ab alio ſubrogatus fuiſ-
 ſet. Unde Sotus Conſilia-
 ri ſolum munere functus
 eſt. Nec verum fuit,
 quod a Burgenſi Cardi-
 nali (erat is Francis-
 cus de Mendoza et Boba-
 della) vulgatum diceba-
 tur, judicandi poſteta-
 tem a Pontifice illi con-
 ceſſam.

(quos Opus inſigne in ſui de ſubſta-
 reſtorum munitione ad Carolum Caſ-
 ſanogabianum Maſtrum, a quo vocat)

bolum in edificatis ab eo ad Sanctum Stephanum Salmanticae operibus figu-
 ratum conspicimus. Post dimissam Synodum ad Imperatorem in Germaniam ven-
 tus, cui ^(ut. Kovalevskas Varqa. lib. 1. cap. 2. ubi) ~~maxima totius Reipublicae, seculare Ca-~~
^{luis Caesar prope conscientia iudicium, et examen composuit.} ~~Paulo post dicitur et Segobicensis, hoc est,~~
 patriae Ecclesiae insulari sibi a Carolo oblatae repudiasset, et Casparem de Zuniga Comi-
 tis de Miranda prolem integritate morum spectatum, iussu id a Casare, in vicem
 suam, id quod perfectum est, appellavisse.

Rediit in Hispaniam Caesar, cum impositum sibi ab illo gerens munus noster de
 rebus Indiarum inter Bartholomaeum Casas, et Gensivum Sepulveda acerzime contra-
 versis, perperasque utriusque partis argumentorum summam colligens, ad Casarem attulit.
 Sacramentali deinde ministerii impetrata missione, restituit se Salmanticae domum ea
 omnium letitia et plausu, quem et Praefecturae sodalium delata, primariisque docendi vi-
 ces Academiae a Melchiorre Cano, Episcopo jam tunc creato Fortunatarum Insularum, de-
 sertis, eique rursus post quadriennium donando commendatis abunde iudicant. Liber
 ergo in publicum edentis, rebusque, et consilii publicis, quaeque pendero suo ad exa-
 men doctissimi cuiusque ferrentur, propediendae pergehis in vigilans, emeritus jam, ex-
 nobisque iterum Salmantini Praefectus, anno scilicet 1560. aetate 66. Decembris 17.
 die e vita sublatus est. Locus eius amissi desiderium doloremque pompa funebris
 ostendit, quod una cum frequentissimo totius Academiae populo variarum Artium pro-
 fectores primarii sex ferentium humeris succollentes deduxerunt.

Librorum Soti catalogus jam sequitur —

Summula, primo quinque libris praetores, deinde contractores. Salmanticae
 1575. folio post priores editiones, quarum 2. Salmanticae est an. 1551. in fol. per An-
 dream de Portogallo: 3^a 1564. ibid. apud eundem.

In Dialecticam Aristotelis Commentarii. 1580. folio. Salmantica tertio 1562. fol.
 apud Andream de Portogallo.

In Categoriarum Aristotelis Commentarii. Venetiis apud Bernardum Juntam 1583. 4.

In Libros Posteriorum. Venetiis per Aegidium Regaldam 1574. 8. Secundo et tertio
 Salmanticae cum summula et in Dialecticam Arist. Comment.

Super VIII. Libros Physicorum Commentarii, cum Quaestionibus. Tertium editi sunt
 Salmanticae 1572. folio. Duaci 1613. 4. ex recensione Jacobi Bouverii Hochstra-
 tani eiusdem Ordinariorum ordinis una cum Dialectica, secundo Salmanticae 1551.

fol. apud Ppationarium una cum Super eodem VIII. Libros Physicorum Quaestionibus.

De libertate in causa pauperum, Latine: atque etiam Hispanice, ad Ambrosium
 Lincium, hoc est, De non inhibendo secundum misericordiae praescriptum publico men-
 dicabulo. Salmanticae apud Joannem Juntam 1545. Id quod eius aetate persuasio-
 ne, Soti consilio sententiaeque acquiescentis obtrivit.

De Natura et Gratia, libri III. ad Synodum Tridentinam. Antuerpiae post
 primam editionem una cum aliis eius operibus 1550. folio. Salmanticae ~~per~~
~~radiationem~~ Bayasium expressi 1566. 1570. et 1577. Medinae 1579. folio. Qui
 tamen Ambrosio Catharino eiusdem familiae sodali in multis dupliciter, quod ille
 opusculo, seu Apologia adversus Sotum edita fuit testatur, occasionem redditorum
 ei dederunt, scripta —

Apologia, qua Reverendo Patri Ambrosio Catharino, Episcopo Miranen-
 si, de certitudine gratiae respondet. Antuerpiae 1556. fol. Salmanticae 1566. 1574. fol.

In Epistolam Laurentii ad Romanos Commentarii. Antuerpiae apud Joannem Stel-
 num 1550. fol. quae tamen, hanc priorum editionem typographo exprobrant, emi-
 sit iterum in lucem Salmanticae anno sequenti emendationes, fol.

De ratione tegendi et detegendi secretum Relectio. Salmanticae 1552. iterum
 ibidem apud Joannem Nauam a Tezanova 1566. fol. et 1574. Duaci apud Belles
 1623. 8.

De cavendo iuramentorum abusu. Salmanticae 1552. Idem Hispanicè ex Lati-
 no translatum at ita incryptum: Como se ha de evitar el uso de los juramentos,
 Toleti apud Joannem de Ayala 1552. in 8. Antuerpiaeque in 12. in lucem prodit.

† apud Joannem Ma-
 nam a Tezanova.

Annotationes in Commentarios Joannis Feci Moguntinensis super Evangelium Joannis. Salmantica 1554. in 4. ad Ferdinandum Valdes Generalem Inquisitionem. Incursit tamen iis editis Sotus, Feco ipso seu persuaso, seu dissimulante, in Michaeli Medina Franciscani viri eruditione peritissimum examen et calamum: de qua talium liberi et ingenii acumine scriptorum controversia per arbitrium suum interponant doctores.

De iustitia et Jure, Libri VII. ad Carolum Hispanicarum Principem. Salmantica 1556. fol. indeque ab ipso authore restituti saepius et uberiores facti usque ad decem: libro insuper septimo in sextum transverso, et octavus de iuramento et adjuvamento plane novus additus prodire Salmantice apud Andream à Portinariis 1566. 1569. 1580. fol. Eodem veluti gestu editi sunt horum gemelli, quod ipse ait -

In Quatuor librorum Sententiarum Commentarii, sive de Sacramenti, duobus tomis. Prior editus est Salmantica typis Joannis à Canova 1557. Alter apud Andream de Portinariis 1560. in fol. deinde alibi, Venetiisque 1569. 4. Savanisque 1573. folio. Quaque et Colonia, Meding necnon Caji apud nos 1581. fol. Conceperat animus in omnes Sententiarum libros commentarii; etate autem per dies imbecillior, quanto huc exponendo incubuit ante alios propter materiae utilitatem.

De extremo iudicio Concilio habito ad Tridentinos PP. Dominica prima Adventus 30. Octobris anno 1545. edita est Lovanii cum aliis aliorum 1567. fol. Parisiisque Labbei et Casarii cura 1667. in nova editione Conciliarum. Meminit et in nunciatoriis librorum de iustitia et Jure ad Carolum Hispanicum epistola se in Tridentina synodo

De Natali eiusdem Caroli Concionem à sancti illius Latrionis habere iussum. Natus fuerat Piniae 8. Julii 1545. nunciaturque natalium iudicium peremerat, per tres dies ab Uratze Casae celebratus est solemnissime Hispanicè conionante Soto die 12. Augusti. Declamasse in eodem Concilio pro aptitudine et necessitate styli Theologici quem ab scholarum usu scholasticum vocant, ipsiusmet declamatoris se in De Natura et Qualitate librorum procermo signata, et à Cardinale Lallavie. in Concil. Hist. lib. 7. cap. 5. n. 3. confirmata cum magna Soti laude, compositum habemus. Ordinavit etiam latino, facillique sermone, quod sibi à Latribus habebat injunctum, sacra nonnullarum illius temporis sessionum decreta, ut legitur. Chronographi Dominicanè tribuunt quoque ei, cum in Matthaei Evangelium, tum in Aristotelis libros de Anima commentarios: de quorum prioribus ipse author est Sotus in suorum operum catalogo ad finem Commentariorum quatuor libri Sententiarum edito, nondum scilicet per id tempus habere se absolutos: neque est hactenus, credo, aliquis, qui publicaverit, aut publicè conixerit. Compositit item pro festo die S. Hieronymi Ecclesie Doctoris officium Ecclesiasticum, quod in communiis fratrum Hieronymianorum Lusitanensibus an. 1543. admissum, recitarique fuit iussum: itemque Sancti Thomae Aquinatis, quod recitari Salmantica in domo S. Stephani Joannes Marieta scripsit. Hispanicè edidit tantum Summam, ut vocant, hoc titulo -

Catechismo, ò Doctrina Christiana. Salmantica apud Mathiam Castium 1563. in 12. Prius Compostella, uti author meminit in catalogo jam laudato suorum operum. Nescio an sit eadem cum hac Summa illa, quam Soti nomine Didacus Ximenez edidit Salmantica apud Petrum Lasso 1567. 8.

Agens item in eo Theologorum cœtu, qui de rebus Indici inter Casam et Sepulvedam dijudicatum convenerant, sententia Casae defensionem, quam exposuerat ipse per quinque integros dies, summam collegit, quae quidem Summa inter acta huius controversiae una cum Casae, Sepulvedaeque laudatorum scriptis edita est.

Domin. F. Bartholomaeus de Carranza & de Miranda, quod postremum cognomen à patris oppido regni Navarrae, Miranda de Arga inditum ei fuisse scribit Stephanus Craxivai lib. 30. Hist. Hisp. cap. 15. Dominicanorum institutum amplexus est in Provincia Castelle ac ejus Benalaguensi coenobio, quod intus Guadalaxaram urbem translatum postea fuit. In Collegio Pinciae urbis Gregoriano Theologiam docuit, Theologia item studii profuit, ea prudentia singularis, profunda doctrina, atque innocenti ^{vita} ~~doctrina~~ fama, ut Philippo Caroli Caesaris filio Hispaniarum Principi ad suscipiendam Britanniam sponsam, et cum sponsa dotatum Regnum properantissimum ante alios idoneus visus fuerit, quem haeresi jam tot annos inibi gentium falsa existimatione doctrinae superbiendi, atque inanis pseudo-evangelicae novitatis argumentis armata, vindicem veritatis opponeret, confringendisque opere et verbo abominabilem dogmatum Idololatriam proficeret. Egregie id noster prestavit, coadjutoribus usus viri Dominicanae suae familiae, rerum sacrarum peritissimus, quoad potuit per breve illud Britanno-Ecclesiasticae, sive Ecclesiasticae-Hispaniae expeditionis, et Mariae ac Philippi Catholicorum Regum Imperii tempus, auctoritate summa, qua pollebat, quidquid erat erroribus morbidum ad sanitatis viam reducens; exiata in primis Academia Oxoniensi, concrematisque haereticorum libris, expulsi contumacibus, reconciliatisque cum Romana Ecclesia innumeris, quos priorum temporum calamitas transversos egerat. Huius meriti viro, Mariaeque Reginae à confessionibus ministerio supremum quemque debent dignitatem agicem iure existimans Rex Philippus, qui parenti successerat, locum supplere eum Joannis Silicii Toletani Archiepiscopi. Majo mense anno 1555. sublato e vivis voluit. Quo summa Hispaniae totius Ecclesiae honore conspiciens Carolo Caesari in extremisposito Christiani omnis officii exhibitione praesto fuit. Hic tamen vir tantus, siue scriptis sermoneque Theologorum illius temporis existimationi non usque adeo attemperatis, siue in deteriore sensum ea interpretantibus emulsi, pietatis causam dicere habuit opus, primum in Hispania, deinde Rome, quo perductus venit, sub Pio V. atque Gregorio XIII. Summis Pontificibus: et post plures annos sententiae aures praebere, qua propter quasdam presumptiones tantum, legitionis alius deficientibus admittis impietatis gravationibus, iussus fuit abjuracione reatus omnem suspensionem diluere. Obiit tandem paulo post in Romano Sanctae Mariae supra Minervam coenobio secunda Maii die 1576. ea servata usque ad obitum equanimitate, mentisque in tot prosperis tranquillitate, ut nec leve aliquod impatientis, querulae, aut iniqui adversantibus animi documentum familiaribus unquam deslerit. Epitaphium quod sepulchrae eius fuit inscriptum ceteris virtutibus hanc modestè adjunxit. Id tale est.

↑ uti et Provincia
sua Hispanae

Bartholomaeo Carranza, Navarro,
 Dominicano,
 Archiepiscopo Toletano, Hispaniarum Primati,
 Viro genere, vita, doctrina, concione, atque
 Eleemosynis clarò,
 Magnis muneribus à Carolo V.
 Et Philippo Rege Cathol. sibi commissis
 Egregiè functo,
 Animo in prosperis modesto, in adversis aequo.
 Obiit anno MDLXXVI. die secunda Maii
 Athanasio & Antonio sacra
 Aetatis suae LXXII.

Reliquit doctrinae suae haec monumenta -

Summam Conciliarum et Pontificum à Petro usque ad Julium III. succincte com-
plectentem omnia, quae alibi sparsim tractata sunt. Venetiis 1546. ad D. Didacum Huel-
tado de Mendoza V. C. Caroli ad Venetos et ad Tridentinos Latini Oratorem, qui ele-
ganti epistola Carranzae gratias habuit dedicationis. Prodit quoque Salmantica 1551
in 4. apud Andream de Portonariis. Venetiis ex officina Jacobi Vitalii 1573. 8. atque Lug-
duni 1600. Ad hanc summam Additiones scripsit Franciscus Silvius Hanno, Du-
cique edidit 1639. in 8.

* De quo opere placet ad-
ducere iudicium Dominici de
Soto, qui de Just. et Jur. lib.
10. art. 1. Episcoporum in
suis sedibus residentiam ver-
sant ait: Tertio autem
Concilio Tridentino persequitur
frater Bartholomaeus Mian-
da, necessitudine religionis,
ac ibi tunc temporis societa-
ti mihi conjunctissimus
eandem quaestionem tum pla-
nimis sacrorum testimoni-
is, tum etiam rationibus
adhaerit: idque ita locu-
tete ac diserte, quod su-
um ingenium est, ac soler-
tia, ut laborem alii polui-
set excusare.

Controversiam de necessaria residentia personali Episcoporum, et aliorum in
vorum L'astrum, Tridenti per eum explicatam, Mediomatricum in urbe, ut aiunt,
editam, Venetiisque 154). Lugduni 1550. in 16. et Antuerpiae 1554. Simul eiusdem
Concionem habitam ad Synodum Tridentinam prima Dominica Quadragesima
anni 1546.

Hispane vero -

Catecismo, ingenti volumine: Bruxellae apud Mestrum. 1558. in folio, qui liber
authoris suo infortunii tota causa fuisse dicitur. Quare prohibitus est in Romano indice.
Instruccion para oír Misa. Antuerpiae apud Plantinum 1555. siue latinum sit
opus huius inscriptionis, Instructio ad Misse Sacrificium audiendum, de quo non
dum mihi liquet.

De Patientia item librum nostris tribuunt domestici testes.

Res eius gestas, vitaeque cathastrophem plures memorant, quos videlicet. Antoni-
us Salicet Herrera in Histor. Philipp. II. atque in eundem lib. 4. c. 25. Ludovicus
Cabrera de Cordoba: Joannes item de Vera Comes de la Roca in Epitome Caroli V.
Alphonso Fernandez in Concertatione Praedicatoria ad ann. 1555. et Hist. Eccles.
sui temporis lib. 3. cap. 29. tandemque in libello de Scriptorib. Dominicani. Joan-
nes Lopez Monopolitan. Episcop. in Hist. eiusdem ordin. Hispana lib. 1. cap. 15. et lib. 2.
cap. 3. Quartae partis. Didacus de Cardeson Turiasonens. Praeul in opere inscripto, Pi-
nacia de la Santa Iglesia de Toledo 4. part. cap. 36. Pallavicin. Cardinal in
Hist. Concil. Tridentini lib. 8. cap. 12. n. 4. lib. 13. cap. 9. n. 4. lib. 14. cap. 11. n. 4.
lib. denique 21. cap. 7. n. 7. Christophorus de la Camara Episcopus Canariensis et
Salmantinus in Catalogo Episcoporum Canariens. in Melchioris Cani mentione, quem adver-
satum Carranzae fuisse vulgari fama est. Didacus certe Covarrubias vir gravissimus, Va-
riarum lib. 13. cap. 13. Virum appellat eum eruditissimum eruditione, pietate, Christianisque
moribus insignem. Eiusgenaeimus in Catalogo Iustum veritatis, unum omnium sapientissimum,
tam in secularibus, quam in divinis scripturis eruditum, tanta ingenii ubertate, tanta
dicendi copia, tam divinis orationis genere effulgentem, ut miraculum sui omnibus pre-
buerit. Bellarminus quoque non mediocriter laudat tom. 1. Controversiar. Controvers. 7. lib. 2.
cap. 8. Matamorosque in Apologico de Academ. et doctis Hispan. Prus, atque alii plures.
Vitam eius speciali opere comprehendisse dicitur Petrus Salazar de Mendoza jussu D. Gas-
paris de Quiroga Carranza in Sede Toletana successoris, ut scriptum reperio apud Al-
phonsum Fernandez in laudata Concertatione Praedicatoria: quam forte inclusit com-
mentariis suis Turiasonensis Episcopus.

F. Bartholomæus de Martyribus, Olisiponensis, anno 1514. die 3. Maii pro-
 bitis parentibus et honestis Dominico Fernandez et Maria Correa nascitur, ut quam pri-
 mum etate justa esset, Dominicanorum instituto in monasterio urbis patria
 adscriberetur. Inde in Collegio Sancti Domini, quod Rex Emmanuel in ea-
 dem civitate erexerat, Philosophiam, uti et in Vichariensi Regio (de la Batalla
 vulgare ei nomen est) coenobio per viginti annos eandem artem ac Theologiam
 docuit. Interim ad Magistri gradum, aliisque domesticis familia honoris re-
 ceptus, in utriusque Theologia, tam Scholastica, quam Mystica, quae vera sapien-
 tia merito suo audit, studium mirè profecit. Eoque postea sacras literas Antonius
 Ludovici Infantis filius, in eadem quatuor annis, dictavit, ea parentis ac discipuli
 gratia, ut ad Benedictensi monasterium, quod prope Olisiponem in sepelito et amœ-
 no loco situm est, Praefecturam vocatus regii sanguinis alumnus doctrinae cau-
 sam secum ferret, et cum magna cura formandorum ingenii atque morum
 haberet.

Incidit in annum huius seculi octavum ab quinquagesimo Balthasari Simpi
 Camelite, supra à nobis jam laudati, Archiepiscopi Bracharensis mors, quam
 dignitatem Ludovicus Gramatenis summus ille doctrinae vir et pietate, sibi à
 Catharina Regina, cui erat à confessionibus, et pene quam regii pupilli Sebastia-
 ni tunc vices erant, oblatam, cum admittere noluit, tum auctor fuit Reginae,
 ut huius Bartholomæi sodalis, qui Beneficia pegerat, imponeret. Hoc munus
 à plebique prima nobilitatis ambitum ut sponse capesseret, nullus exorari potu-
 it; quare et praecipito fuit expugnatus. Tridentum advocatus ad Concilium
 duobus abhinc annis eam doctrinam, integritatis, ac religionis famam ibi col-
 legit, ut in supremo Ecclesiae confessa nulli congregatorum ex toto orbe Chris-
 tiano Theologorum, sive sanctitate, sive literis, quamplurimum opinione con-
 cederet. Reformationem ordinum ecclesiasticorum, cuius praecipua fuit Latium
 cura, incredibili contentione animi, ac pernicacia, eloquentiaque promovit. Ro-
 mam per intervallum quoddam Sessionum, moxque dirmissis Concilio iterum, at-
 que iterum veniens, Pio IV. P. M. eiusque ex sorore nepoti Carolo Cardinali
 Borromeo, qui in sanctissimum virum post evasit, in paucis fuit charus: à
 quo scilicet Summo Ecclesiae Praefide dignus est habitus, quem in aliquot cu-
 ria abusus coram, sed modestissime invecum, non equo animo audiret tantum,
 sed et suorum, auctorisque prudentissimo, atque integerrimo transformationem

in melius eorum condonaret.

Redditus Bracharæ post triennium integrum, redigendis in ordinem rebus secundum Concilii Canones totus incumbere, conciones ad populum frequentes habere, diœcesim singulis triennii integram utilissima visitatione lustrare, egenos pacere, nudos induere; sibi parcissimus, pauperibus munificentissimus; vir quidem pietate liberalitate abinentia, corporis macerandi perpetua cura, Christianaque libertate, et gravitate, omnium denique virtutum numeris absolutus. Tandem annum agens octavum et sexagesimum, ut sibi gravissimum dignitatis onus Pontificii nutu deponeret impetravit à Philippo Hispaniæ, ac recens Lusitaniæ Rege: inque oppidum eius diœcesis Viãnam secedens, monasterio, quod ipse Ordinis sui statibus erexerat, per octennium includitur, expletis dilectæ sibi Racheli amplexibus fœlicitatis, jam ante mortem sibi beatus: quæ demum sequuta est anno 1590. ætatis 76. Sepultura eius, exuvieque miraculæ clauerunt. Hæc scripta emanarunt ad nos viri sanctissimi.

Stimulus Pastorum. Quem librum Carolus Cardinalis Borromæus ex quodam exemplo sibi ab authore, dum Romæ unâ essent, relicto, in urbe hac fecit per heredes Julii Accolti anno 1582. typis excudi. Mox Ludovicus Granatensis à Borromæo per nuntios acceptum Ulisijone, deinde et Parisiensi tertium anno 1583. reduderunt. Extant et aliâ Parisiensi editio anni 1644. in 12. apud Letrum de Breche, aliâque Valentina Hispaniæ anni 1695. in 4. apud Jacobum de Bordazar et Artazu.

Compendium spirituali doctrinæ ex variis Sanctorum PP. sententiis collectum. In quo Mystice Theologiæ regulæ perfectionis viam fideles edocentur. Latinus prodiit liber Ulisijone apud Antonium Liberium 1582. 8. Matritique 1598. Parisiis necnon 1601. Hispanice autem conversus operâ Placidi Lacheco de Libera, cœnobii Benedictinorum Hispalensium Abbatis, Lincii apud Sebastianum de Cano 1601. in 8.

Lusitanice vero -

Cathecismo da doutrina cristã, sicuti et proficuum, ut et publicum fecerit per Lusitaniam Sebastianus Rex, et Castellana dare utile duxerit Emmanuel Rodriguez Franciscanus, vir clarissimus, editum Salmanticæ 1602. in 4. Hic liber et superior Lusitanice prodierunt Romæ anno 1603. iterumque Castellæ idiomate à Joanne Aristizaval S. Jacobi Equite conversus, Matriti 1654.

Inedita alia reliquit tam vulgaria, quam Latina: scilicet -

Collationes spirituales CL.

In Psalmos et Cantica Feriarum.

In Hieremiam et alios Prophetas annotationes.

Puncta tangentia Jura, et casus conscientiæ.

Variæ Sententiæ ad sacram Scripturam pertinentes.

Doctrinæ et Regulæ mensæ religiose.

Epitomen Chronicorum mundi.

Compendium Historiarum Ecclesiasticarum.

Narrationem gestorum in Concilio Tridentino.

Reliqua Lusitanice sermone -

Tratado de Praticas devotas para os Prelados quando saõ ordens.

Praticas spirituales sobre os Evangelhos das festas de tudo o anno. Insuper tamen una cum Cathecismo in vulgarem Castellæ linguam conversus edidit Emmanuel Rodriguez jam laudatus.

Est alia Historica: quæ quidem diligenter collegit, recensuitq; viri summi viri elegantissimo Lorthupalliæ stylo ducenti viri discretissimi Ludovicus à Sousa Dominicanus: quem admodum et Castellæ idiomate non minus eleganter Ludo-
vi-

30
vicus Mañoz pius iuxta, disertissimusque insignium aliquot ari sui
sanctitate Vitorum Historiographus. In editione item Valentina Stimuli Pastorem
an. 1695. praefixa fuit Authoris vita, accuratamque operam eius tam exufo-
rum, quam ineditorum recensio.

Jacet in Ecclesia coenobii Sancta Crucis de Viana, hocque supra sepul-
chrum inspicitur Epitaphium.

D. O. M.
Frater Bartholomaeus de Martyribus, Olysiiponenfis, Dominicanus, Hispaniarum
Primas, Adam ter maximus huc situs est: Qui ad Bracharensem Sedem
A Cella (ut ajebat) tanquam à Regno ad Crucem raptus, cum secu-
da post Apostolos dispensanda Ecclesia gratia inter alios, ut

Sol inter minores Stellas

Divinitus fulsisset:

Summis Pontificibus, Patribusque Concilii Tridentini specta-
bilis, probatus et charus, ingravescente aetate sponte abdicata Sede
Cellam Monasterii suavi, quod condiderat, libens repetit ubi et
Sanctè vixit dilectus Deo et hominibus, et dicine patiens

Ab osculo Domini assumptus est. Heu pauperum

Pater, et Religiosorum, amator pudicitiae.

Æmulatione Martyr, professione

Doctor, Salteris, lucerna

Ardens et lucens, rarum

Veterum Episcoporum exemplar, et velut adeps separatus à carne vixit annos

Septuaginta sex, à professione Dominicana 62. à Consecratione Archi-

Episcopi 32. à regressu ad Ordinem 8. Obiit anno Domini

1590. die 16. Julii.

Requiescat in pace. Amen.

— D. Bartholomæus Sebastianus, Aragonus, Teruelensis, ad co-
 ercenda ulticibus flammis, aliisque paenis cuiusquam in religione errata Majo-
 rica primum, deinde ex ordine Cordubæ, Granatæ, Siciliaque Apostolicus
 Vindex, Canonicus Panormitanus, Benedictinae apud Siculos S. Joannis ab
 Eremitis Abbatiaæ perpetuus Administrator, Pactensis anno 1548, die vero
 Januarii 9. renuntiatus Episcopus, sacrosanctis generalibus Ecclesiæ Com-
 mitiis, Pii IV. Pontif. Max. Suprema auctoritate Tridenti convocatis, adesse
 iussus est Regis literis ad eum datis è Matrite 3. Julii 1562. Ibi inter
 Patres sedens, et disciplinam doctrina sua ipse palam fecit, et præclara
 eximie, qua præditus erat, prudentiæ specimen abundè præbuit, ob qua
 sibi devotum Eminentiſſimum encomiaſtem sortitus est, Cardinal. nempe Pallu-
 vicinūquæ in Concil. Hæc. pluries, præcipue tamen ab. 16. cap. 6. num. 6. Pacten-
 sis laudes persequitur. Sedem suam regressus, Siciliaeque præfectura non semel
 potitur; at Jaraconensem cathedram Catalonia quinquies exente anno 1567.
 evolvitur. Ineunte vero 1568. navales armatorum copias ad expugnationem
 Celesensiam Africanam transmissas sequitur, subitanea correptus est morte die
 Aprilis quattadecima, quin novam salutaret sponsam. In prima Pactensis Aede
 maxima jacet sub hoc Epithapho marmoreo in lapide inciso.

D. O. M.

D. Bartholomæus Sebastian. Pactens. Episcop. in
 Civitate Turolū regni Aragoniæ Provinciæ
 Hispan. ortus,
 Balearicar. Insular. primo, Cordubæ,
 Granatæ, Siciliaque deinceps regni Censoris
 In hereticos missione sanctissime functus,
 Eiusdemque regni Siciliae Præfectura ter integerrime
 Administrata, hac aede sacelloque variè
 Ornatis adhaerens, et locupletatus, et Castro
 Palatioque Episcopali instauratis

Anima Deo reddita,

Sui corporis reliquias hoc sarcophago
A se vivente, sed mortis memorie, fieri facte
An. 1568.

Servari voluit.

Obiit tandem an. Dni 1568.

Die 14. mensis
Aprilis.

31

— **Benedictus Arias Montano**, quoniam loco natus, haud perspicuum est: nam et se ipse libris editis, sive à natali, sive ab altice urbi Hispalensem cognominare solet. Nertoboga autem oppidum (id est nunc Trexental Pacensis diocesis) civem suum constantè ac secundiore fama usque hodie jactat. Atque item in his, quæ hominem sibi arrogunt, urbs Xerezienis, ab equitibus cognominata nomen suum profitetur. Intèim sinamus nos, ne veritati præjudicium aliquod temere hinc noscatur, ita ut etiam de Græco poeta septem civitates, sic plura inter nos opida de summo Theologo, poetaque divini patris digna dicantur. Nobilibus quidem hunc parentibus, ut audio, sed inopibus natum, cum justa fuit ætatis, civitas Hispalis suscepit expensis gratuitis atendum, doctrinisque imbuendum. Excitaverunt quendam enim quosdam illius urbis cives ad id officium pueri in dolens, ingeniumque vultu ipso emicans. Post hincinimum Grammaticæ, Philologicæque artium, jam Theologia par, cuius studio semper flagaverat, in scholam Complutensem, doctrina huius florentissimam, contendit. Scholam hic trilinguam egisse dicitur: in qua eade, velut in proprio loco, permanam illius trium linguarum cognitionem comparare sibi in voto habens, incredibili ardore animi ad hoc maxime natus, felicissimoque consuetudinum genii atque industria successu, fecit se brevi composuisse voti. Græcæ namque et Latine eruditionis, Syrorumque et Chaldeorum, atque Arabum lingua sciens, in emendatos maxime Hebraicos divinorum librorum thesaurus, cum vires ingenii, tum actus omnes fore contulit: unde Hispania nostra, et sacre scientiæ hoc studium, nova et majore quam hactenus accessione cumulatifsimi honoris et laudis locupletata est. **Vulgarium** insuper ab his, Gallica, Belgica, Germanica, Anglicæ, atque Italica, beneficio temporis et peregrinationis, cognitione non caruit.

Plane Ordinem Dni Jacobi equestrem inter Sacerdotes suscepisse cum hoc tempore, cum renunciatus jam Theologus doctor academia excessisset, æquum est iudicari. Constat saltem ex eo sodalitate, Italica sacre peregrinationis desumptum comitem associatum Theologum à Martino Perez de Ayala huiusmodi ordinis, Segobienfi Archiepiscopo: quod et officium praestans in postremo Tridentino conventu totius Ecclesiæ concipit. Latine autem ob eminentem eruditionem in pretio fuit. In redditu nihil optatum habuit, quod

am declinata hominum frequentia, latere sibi et literis, sacrorumque librorum
 meditanda atque illustranda lectioni. Quo consilio seculum quoddam Batriorum mon-
 tum, atque amantissimum, juxta Aracenam locum, qui hodieque in memoriam hospi-
 tis aride frequentatio, nunc sibi, ac velut tabularem vitam ac studiorum jam olim
 delegerat, jussuque edificio construxerat. Verum publicatis jam aliquot operibus, fama
 que insigni doctrina satis notum, non diu post Philippi Rex Secundus Bibliorum
 nova ac Regia editionis suscepta egregie cura non minus quam ceteris excellen-
 tibus suis gestis magnus, ad se vocavit, in Beloiungue Albani Ducis tunc provinci-
 am ire jussit opem, ac operis prefectum. Id ut commodius ageret, viri eruditione
 prestantes in partem laboris adsumpti sunt. Lucem typorum commodavit Chris-
 tophorus Plantinus typographorum oculatissimus, summa et incredibile fiducia,
 si non ipsa loquerentur monumenta, ad posteror fide. Officio jam desinctus noster,
 ne fame inauspicato se opusque recens nota sua percusam committeret, Romam
 perrexit, Regique nomine ac suo Bibliorum hoc systema locupletius Comple-
 tensi, atque emendatius, Gregorius huius nominis XIII. Papa Latina elegantissima
 oratione obtulit. Huius, si non anterioris, temporis est eloquium ac eo factum a
 Joanne Verzosa in Urbe tunc commorante, cuius paulo infra meminimus.

Reversus in Hispaniam merita acia Regem maximum gratia floruit, ditatus
 ab eo Ecclesiasticis pensionibus ad summam usque bis mille ducatorum, tandem
 que laicali Beneficio quodam (Encomienda de Pelay-Perez vulgo vocant) eius-
 dem Ordinis D. Jacobi: quod quidem hodie aggregatum est canonicis Hispalensi-
 um sodalium, annuente ad id in gratiam Montani, eius domus prefecti, diem-
 que suum in eadem obeuntis, Philippo. Sacrum quoque ministerium Regi praestitit.
 A quo et in recenter Laurentio martyri sacra eadem juxta Escoriali oppidum, sec-
 turus commorantes ibi S. Hieronymi sodales sacra eruditionem, Regiaque una
 Bibliotheca praefecturam primus ante alios obtenturus fuit destinatus. Primum
 certe ordinem ac librorum collocationem, per classemque distributionem ipse appre-
 sus, singulas linguas seorsim ab aliis divisit; non deinde etiam separatim singularum
 linguarum libros typis excusos a manuscriptis separavit. Aliam rursus divisionem insti-
 tuit; nimirum singulas linguas in quatuor et sexaginta disciplinas: uti in tabula
 a se confecta, et quae hodie praestat in Regia illa supellectili librorum, conspiciere auctam
 que librorum est. Josephus a Sequenza Hieronymianus Arce Montani discipulus, eius
 qui in illius Bibliotheca successer, divisionem quaedam disciplinarum a scripto-
 rum suo institutam, quae ad fieri potuit, retinuit; sublata tamen illa inaequalitate voluminum,
 quae offensionis aliquam intentionem oculis afferre solet.

Nec tamen secunda viri existimatio deterruit quosdam, in hisque Leonem a Cas-
 tro Pincianum canonicum, Commentario in Isaiam Prophetam eruditissimo, atque
 abunde prectatum, quocum noster Montanus pro defendenda Hebraicorum librorum
 integritate, quos pernicaciter ille averfavit, nullum ac diu decertavit; adeo ut
 Romam proficisci ad causam dicendam (si qui id jaclant, falsi non sunt) nec sen-
 tantem necesse habuerit. Mero tandem anno 1698 Kal. Junii dignam immortali vita
 sed maatum jam immortalis famam vitam nobis eripuit; jacetque in caenobio Hispalensi,
 cui praeserat, honorifice sepultus. Librariam supellectilem typis editam legavit so-
 dalibus; Manuscriptam vero praefectori complacentem codices Graecos, Hebraeos et

Arabico in Hispania Septentrionali, Regia nimirum Escorialensi Bibliotheca dedi-
 cavit, ac inter eos maxime volumina Legis maximo studio et cura scriptam, eaper-
 ma qua volumina esse consueverant, tamquam si, ut neque puncto defectum sit, vel
 abundet, quod proinde secuum ab illis appellatur. Pugillar item Hebræum geminè
 usæ, e quo nimirum recitabantur solennes lectiones sacrae per omne Sabbatum,
 ut loquitur Aristoteles, quale est apud Christianos sacerdotale Preteritum Psalmi ex
 sacro ritu et formula resolvendi. Erat præterea instar manuali coactilli, in quo
 em referebatur si quid recitari prescriberetur esset. Reliquorum autem bene-
 rum hæc Catholici eisdem urbi Monachos nuncupavit, inter quos secessum
 sibi et latebras destinata jam cellula, imperturbato fruiturus otio, divinæque ma-
 gis per dies amans, et sibi comparaverat.

Pugilla fuit stabera, sed bene compacta, et quam dedignari non posset homi-
 animus. Vino semper abstinuit, equique largitiōibus. Cœnabat in die semel idem
 nocte, præter brevioris meridianaum cibum, qualem, vel nunc jejunantes conciliatū
 somnum sumimus, diurnas horas omnes ut in exercitiis pietatis ac studiorum
 impenderet. Diebus festis carmine plerumque sacro, nonnullisque abis humaniorum
 disciplinarum exercitiis a superioribus commentandi in libris sacris cura et
 labori se dabatur. Inter enim sui sæculi poetas nemini palmam detulit meritis
 sibi lauream (quod ritum etiam apud nos academico valuit) veteris artis apud
 Complutenses. Quandiu tandem per alias occupationes licuit, prædium ipse rop-
 ticum, quod interpellantibus vacuum esset, seu verum votū Illustrationem cœlesti-
 um, atque Astrolinæ sacri domiciliū, habitare solitus, tunc inde ad nos elegantis-
 sima, eruditissima, piissima opera, que antiquitatem omnem provocant, emana-
 refecit: quorum eni catalogus.

Commentaria in XII. Prophetas: Ad Ecclesiam Catholicam, illiusque sum-
 mum Pontificem, et legitimos ministros. Antuerpiæ apud Plantinum 1571. in fol. et
 1582. in 4.

Elucidationes in quatuor Evangelia. Ibid. in 4. 1575. simulque edita sunt.

In Acta Apostolorum elucidationes.

In omnia Sanctorum Apostolorum scripta: simulque.

In D. Joannis Apostoli et Evangelistæ Apocalypsin significationes. Ibidem
 anno 1588. in 4.

De varia Republica, sive Commentarium in librum Judicum. Ibid. 1592. in 4.

De optimo Imperio, sive in librum Josue Commentarius. Ibid. 1583. in 4.

Ad huius commentarii calcem ipse fatetur author, inceptum a se opus ante
 duos annos Mantuae Carpentanorum suavis et monitu optimi et studiosissimi viri
 Jacobi Simanca Pacensium tunc, Zamorensium non multo post Episcopi, abscidit
 se in suo secessu Aracensis pupis, mense Augusto 1581.

Antiquitatum Judaicarum libri IX. Lugduni Batavorum typis Raphelen-
 gii 1593. in 4.

Liber generationis et regenerationis Aclam, sive de historia generis huma-
 ni, operis magni pars prima, idest, anima. Antuerpiæ apud Plantinum 1593. in 4.
 Parabat etenim huius historiae, sive operis duas alias partes, inscribendas non
 nisi corporis et vestium nomine, quarum camenta in schedis manserunt.

Commentaria in Esaiæ Propheta sermones. Antuerpiæ apud Balthasarem
 Morelum 1599. in 4.

26
Commentaria in XXX. priores Davidis Psalmos. Ibid. apud eundem 1605. in 4.
Dictatum Christianum, sive aureus de Christi vita ac doctrina libellus. Antu-
cipia 1575. in 12. quem Galli habent Gallicè conversum, Antu-
cipia 1572. 8.

Fecit et in magnum Bibliorum corpus Apparatum, adjectis quæ è suo in ultimo
volumine sequentia:

De Hebraicis idiotismis: Liber Josephi, sive de Arcano sermone (de cuius li-
brî utilitate Possevini consulè lib. 2. Bibliot. cap. 42.) De actione sive habitus: De
sacris ponderibus, atque mensuris: De sacra Geographia: (ubi de gentium sedibus
primis, de duodecim gentibus, et terra promissæ partitione) De sacris Tabernaculis:
De sacris et temporibus: cum tabularum picturisque artificiosissimis. Quod quidem
Opus Apparatus sacri minori forma et impendio recedit Lugduni Batavorum
Franciscus Raphelengius anno 1593. in 4.

Carmine autem elegantissimo lusit argumenta sacra ista:

Davidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum veterum Psalmos ex Hebrai-
ca veritate in Latinum carmen elegantissimo conversos. Antu-
cipia apud Plantinum
1574. in 4.

Morumenta humana salutis decantata, hoc est pulcherrimas utriusque Tes-
tamenti figuras vario carminis genere explicatas. Ibidem 1571. in 8.

Speculum vitæ et Passionis Christi. Ibid. 1573.

Hymnos et sæcula, sive Poëmata sacra: tomis quatuor in 16. apud eundem Plan-
tinum 1593.

Rhetoricorum item libros IV. carmine heroico, quibus Adnotationes adjectis An-
tonius Morales Episcopus Mechoacanensis. Ibidem 1572. in 8. Scripsit et alia
promissa.

Correctorium Indicem librorum, jussu Philippi Regis, et Abbatum Ducis Belgarum
Prefecti, qui editus est ibidem in 8.

Aphorismos sacros de la Historiâ de Cornelio Tacito. Barinone 1614. in 8.
apud Sebastianum Mathevad

Itinerarium Benjamin Tudeleusis Judæi, ex Hebræo à se in Latinum conver-
sium, edidit quoque apud Plantinum 1575. in 8. quod quidem credebatur esse ma-
joris apud Alexandinos Hebræos ad servati operis compendium. At id denique recoc-
tum est cura Constantini l'Empereur Hebræa lingua Professoris Leidensis, Hebræicè
que simul atque Latine, adjectis annotationibus, publicatum Lugduni Batavorum anno
1633. in 8. apud Elzeviros.

Præter hæc plurimum Arise Montani Opusculorum exemplaria Matheoli exstabant
in Bibliotheca D. Gasparis Vanez de Segobia, Marchionis de Mendaxar et Agropo-
li, forse ex librariâ suppellectile Petri de Valentia: cuiusmodi erant -

Humana rationis exempla illustrata.

Explicatio Orationis Dominicæ.

Paranesis ad mentem propriam ex verborum sacrorum interpretatione Composita.

Animadversiones de Hebraicorum Bibliorum varia scriptura et lectione, atque
de vario interpretum instituto.

Commentaria in Psalmos Davidis: incompositum, an ab editis diversum opus.

Commentaria in Evangelium Matthaei. Forte eadem cum editis
Adam, sive de humani sensus interprete lingua, communibusque linguarum
omnium rudimentis.

De Vulgata editione.

Pro Hebraicis exemplaribus et lingua.

De proposito Dei.

Noxæ in Genesim.

Varia carmina. Hispana autem lingua hæc:

Discurso sobre la fundación, que hizo el Rey D. Phelipe II. de Alonjas de la
Orden de San Agustín.

Carta a Alonso Ramirez, quando fue hecho Fiscal de Hacienda.

La lección Christiana, y las obligaciones comunes y particulares de todos
los Discipulos de Christo.

Discurso sobre si los premios merecidos por hazanas son bien o mal dados.

Discurso del día verdadero de la Passion de Christo.

Cum ~~hæc~~ hæc erant Epistolæ, quas noster ad varios, et quas ad Bene-
dictum nostrum variè scripserunt: pluraque alia super editione Bibliorum Regio-
rum, et Montani et aliorum operis.

Cuiusdam quoque Montani epistolæ, sobre la voz Illuano, meminît cla-
ris. Pater. Præsul D. Simancas in Defensione Statuti Toletani cap. 37. locuple-
tioris Antwerpensi Plantiniana editionis; quamque ibidem e materno sermone
Latinam factam summam adjunxit, ut omnibus communicaret, quid de his sen-
serit vir ille, (verba sunt D. Simancas) tum aliarum disciplinarum, tum etiam lin-
guarum multarum peritissimus.

Cumulatissima præterea laude Montanum e nostris affecit Ambrosius de Morales
in præfatione 2. partii Historiæ Hispaniæ, titulo De los libros antiguos, Ludovicus de Ca-
biera pag. 733. Hist. Philippo II. ubi hæc leguntur: Elegit Rex Philippus in virtuti-
bus et literis incomparabilem virum Doctorem Benedictum Aniam Montanum, ex Ex-
tremadura, Ordinis D. Jacobi, Regium sacellarum, qui triduum linguæ tum antiqui-
tati neotenicis peritus erat, ad novam Bibliorum sumptibus Regis apud Belgas
procurandam anno 1572. Didacus de Colmenares cap. 42. Histor. Segobitensis for-
mone de nostris institutis, Doctrinam appellat. At quantam hominibus laudem
continent hî Joannes Verzosa CesarAugustani versus de Asia nostra Romæ pergre-
nante ad Christophorum Plantinum lib. 4. Epistolarum scribentis.

Vivit in Orbe
Purpureis Arias jam charus, libat amicas
Cum nostro Oratore dapes dulcissimus hospes.
Lecinum ac Josam sibi consuetudine jungit
Jucundos socios: digito monstratur ubique
Inclice; et hîc parvus tam magnus: signa Jacobi
Sumit ab ense rubro, qui vult ostendere quis sit.
Doctrinam et mores faciles miramur in illo.
Marmore perætas postea et Panthæa templa,
Et Mausæolum stupet is, fractosque Obeliscos,
Necnon barbarie sæcli molera Amphitheatra
Invidiæque Noti ambesam, stabilesque ruinas,
Sat lætus, nisi quod sine te. Tu jugis ab ore
Illius manas: tu suspiras et omnis
Docta domus. Zayas meus et tuus altera cura,
Tertia Becanus. &c.

33
Exteriorum plures Phanicem sui temporis uocant, et inter alios Joannes Sa-
beatus in praefatione editionis libelli Jacobi Juda Leonis Hebraei de Templo Hierosolimi-
tano. Helmsstadii editi anno 1665. Andreas Masius in nunciatura epistola ad
Regem Catholicam Philippum II. suorum in Josue commentariorum uirum appellat
insignis pietatis, summa prudentia, incredibili omnium artium disciplina, linguarum
peritia ornatissimum: et eundem Masii mortem referens Henricus a Uocza Cluua
Comitis Consiliarius in epistola quadam ad Christophorum Plantinum, Benedicti Ariam recor-
datus, quem inter paucos Masium amasse ait, Reuerendum eum appellat, pietate
uirtute doctrina praestantissimum. A Claudio item Clemente Orniacensi Arias
Montanus, uix apprimè doctus, atque quinquagum linguarum insigniter peritus in De-
scriptione Bibliothecae Creuaris audit cap. 5. Uix plurisariam doctus et nobis periti-
cus à Justo Livio de Magnitud. Romana lib. 2. cap. 1. et Epistola 4. Centur. ad
Ital. et Hispan. ad nostrum data, Theologum eum eximium appellat. Libro necron
4. Epistoliar. quast. epist. 1. quae ad Benedictum est Ariam. At tu (inquit) non
dicam bene Graece calles aut Latine; sed Hebraei te, Syri, Chaldaei, Arabes, si ser-
monis res sit, suam uicem possunt agnoscere. Epist. 50. ad Ludovic. Perezium, et
60. ad Gasparum Figueroam Regium Cubicularium laudata Centur. Ariam nostrum mortem
dilectissimis quoque desolat laudum uerbis. Mitto alia quamplurima eius elogia, u-
denda apud Possuinum in Bibliotheca, et Apparatu, Aubertum la. Mire in Justo
Livio elogia, Spondanum in Annalib. Beyerlinck in Chron. Dupinum in Biblioth.
Sufficiat, quod a sapientissimo Cardinali de Aquino in praefatione Tomi 4.
Concilior. Hispan. Magnus ille et usque ad miraculum eruditus, uere Hispan-
lensis uir, patrie suae, imo et totius Hispaniae decus mouerit audire, sicut
et a Ludouico Nono, cap. 16. Hispan. Theologus, poëta, linguarum peritus (Hebraeus
peritissimus) nemini secundus.

Berengarius Gombau, quem Belisarium Gambaria Ferdinandus Ughellus in Italia sacra corruptè nominat, in Valentino regno ortus, eiusque
Metropolitanae Ecclesiae Canonicus, Calvensibus in Italia 21. die Octobris an-
1544. datus est Praesul. Quae insignis munere sacrosancta Synodo è Tridento Bo-
nomiam translatae interfuit, eiusque suspensioni cum reliquis Latibus sub-
eisset, uti ex illorum catalogo apparet, quem Raynaldus tom. 21. Contin.
Annal. Baronii prima parte ad annum 1544. acceptis subscribentium nomi-
nis ordinati recensuit. Calvensem inde sedem repetens, ad annum usque 1551.
eam optimis institutis, nonique Concilii decretis laudabiliter rexit.

Fr. Christophorus de Barros, Augustinianus, Salmanticensis anno 1535. professus, Ho-
torii & Buzos ex Christiabel de Figueroa filius, S. Theolog. Magister, insignisque Concionator,
Tridentum ad Synodum generalem missus fuit à Pio Papa IV. ubi non doct fr. Thomas de
Hozera Alphab. August. altus t. pag. 368. et in Hist. Romae Augustin. Salmanticensis. cap. 20. pp
263. ubi cum Lamy in Aduersariis S. Matthaei in Mesulano 17. Julii 1530. obijisse refert.

D. Christophorus de Roxas, et Sandoval, Bernardi Marchio-
 nis de Denia ex Dominica de Alcega nobili femina, venim coelibis filius, Ponte-
 ratia anno 1502. Julii 26. die natus, sacra Theologia Doctor Complutensis, ibi
 quo ad S. Ildephonsi princeps Collegium sodalis, Archidiaconus de Xerez in Ec-
 clesia Hispalensi, Carolo Imperatori à sacris, eiusque nominatione Ovetensi n-
 nunciatus Episcopus, Tridentino Concilio Julii III. tempore indicto interfuit, donec pro-
 fer bellicos Germaniae tumultus illud intermittere annuente Pontifice Patribus usque
 est. Patensi deinde ex ordine, Cordubensi, tandemque Hispalensi Ecclesis sanctis-
 sime administratis, obiit in oratio Cigales non procul à Pinciana urbe Domini-
 ca die 22. septembris anno 1580. aetatis sua 78. mensuras aetatis suae, et ad
 S. Petri de Lerma Collegiatam Ecclesiam sepultus. Quo tempore Cordubensem rese-
 bat cathedram ~~sancti~~ praesit Concilio Provinciali Toleti celebrato an. 1565. scripsitque

Documentos y avisos à los Rectores de su Obisado de la prudencia que
deben guardar consigo, y sus penitentes. Corduba apud Bagistam Escudero 1562.
 in 8. Vixi huius clarissimi virtutem, doctrinam, et res bene gestas, dignis prosequi-
 tur aetate Stephanus de Garivai in nunciatura Hispania ad eum ex- + laudem
 tolli, Egidius Gonzalez Dabila in Theatro Eccles. Ovetens. Didacus Ortiz de Zu-
 niga in Hispalensi urbis Annalib. Alphonsus Lopez de Haro lib. 4. Nobilitati Ge-
 nealog. cap. 3. Gregorius de Arganz in Theatro Monast. Prudentius de Sando-
 val, aliisque passim.

F. Christophorus Sanctotis, Burgensis, Eremita Augustinianus,
 sacraque Theologia Magister, post exactam diu apud Belgas vitam, variis in-
 tentus concertationibus tam publicis quam privatis adversus pestilentissimam he-
 reticorum sectam tunc ibi grassantem à Tridentina Synodo sub Pio Pape IV. fuit voca-
 tus, ibique pro vestris concionem ad S. habuit, Dominica III. Quadragesimae an-
 1563. Max à sacri Concilii absolute iurisdictionem Germaniam petiit, ubi per
 decennium integrum ibi eum detinuerunt gravissima negotia cum à maioribus
 suis, tum à sanctissimo Pio V. sibi commissa. Quibus expeditis feliciter et in Hi-
 spaniam reversus in lucem emisit -

Scrutinium Scripturarum à Paulo Burgensi Praesule jam prius editum, et
vetustate quodammodo deperditum, à se repurgatum, et in pristinum naturam res-
titutum Cui post auctoris vitam Opusculum praefixit De Vera Haereticorum
origine agnoscenda: in quo plane ostendit haeticos fere omnes, vel Iudaizantes
 esse, vel à Iudeorum stirpe originem traxisse. Ad calcem item adiunxit Epist-
olam cuiusdam Iudaei Rabbi Samuelis, quidem argumento deservientem, et à se

similiter repurgatam et marginibus locupletatam. Burgis apud Philippum Junta
1591. fol.

Expositionem in sacrosanctum Jesu Christi Evangelium secundum Matthaeum
Burgis 1593. fol. ex officina Philippi Juntae.

Theatrum Sanctorum Patrum (sive Catheram ex Sanctis Patribus) super
universa Evangelia, quae Dominicis diebus in Ecclesia leguntur; ex decreto sacri
Concilii Tridentini; editum duobus tomis, Burgis 1601. folio per Joan. Baptistam
Varesium.

Concionem habitam ad sacrosanctam Oecumenicam Synodum Tridentinam
De signis vera Ecclesiae agnoscenda Dominica tertia Quadragesimae 14. Martii
1563. Venetijs seorsim eodem anno in 4. Buxis deinde cum reliquis, Savanarum
1565. Parisiis 1662.

Varius tandem cum in Belgio, tum in Hispania gestis apud suos muneribus
Burgis ad plures abiit aetate jam decessa anno 1611. aut sequenti, vir quidem
pietatis suae, doctrinae, ac judicii dato Tridenti specimen clarus et candidus.
Vix, prudentia ac virtute extante in editis operibus testimonio loquere clarissimus.

D. Claudius Fernandez Vigil de Quiñones, Comes IV. de
Luna, Asturum Praefectus major, sive Majorinus, (Merino Mayor perve-
ta Castellae nomenclatura dicitur) Francisco patre Lunensi tertio Comite, ma-
træ Mariae de Mendoza, filia Comitum de Coruña, Legionis, ut creditur, natus,
a puero totus literarum studiis deditus, exercitiis deinde equestribus, ac omnibus
nobilium hominum artibus excultus, aulam Caroli Imperatoris sequutus est. In
ea ergo, ~~atque~~ frequenter erat in castris, militiae hinc unum transegit, et aetate
jam maturus, ~~in~~ ⁱⁿ ~~Caesarem~~ ^{Caesarem} ~~Africana~~ ^{Africana} ora ~~trans~~ ^{trans} ~~traiecit~~ ^{traiecit} ~~in~~ ⁱⁿ ~~Tunetum~~ ^{Tunetum}
que expugnaturam, ~~in~~ ⁱⁿ ~~Victoria~~ ^{Victoria} ~~felicitate~~ ^{felicitate} ~~se~~ ^{se} ~~na~~ ^{na} ~~dum~~ ^{dum} ~~provenit~~ ^{provenit} ~~et~~ ^{et} ~~foederis~~ ^{foederis} ~~ne~~ ^{ne}
dum se gloriosius laboris comitem et socium adjunxit, sed et militaris Caroli
virtutis egregius amator ⁱⁿ ~~in~~ ~~partem~~ ^{partem} ~~felicitate~~ ^{felicitate} ~~victoriae~~ ^{victoriae} ~~non~~ ^{non} ~~parvam~~ ^{parvam} ~~studium~~ ^{studium}
consilia, heroicamque Claudii facinorosa non parvam contulere. Hoc quidem fue-
runt quasi specimina quaedam et elementa virtutis, animique procedente ser-
vato ad summum gloriae culmen perventuri; nam ~~non~~ ^{non} ~~patet~~ ^{patet} ~~facta~~ ^{facta} ~~mix~~ ^{mix} ~~oc-~~ ^{oc-}
cultis multorum per Germaniam Principum Austriacae stirpis incrementis inci-
dentia, conscribitur cum illis ~~Caesaris~~ ^{Caesaris} ~~et~~ ^{et} ~~que~~ ^{que} ~~foederatorum~~ ^{foederatorum} ~~manibus~~ ^{manibus}, glori-
mos ~~ita~~ ^{ita} ~~virtute~~ ^{virtute} ~~illata~~ ^{illata} ~~Protestantibus~~ ^{Protestantibus} ~~repente~~ ^{repente} ~~vigenti~~ ^{vigenti} ~~Arabe~~ ^{Arabe}, ~~corque~~ ^{corque} ~~gloriosos~~ ^{gloriosos} ~~la-~~ ^{la-}
zos nosse restant. Loxo Philippus, qui per Galiae abdicacionem Hispani-
am moderabatur, virum tot votibus virtutis ac prudentiae ornatum, publi-

eis tradendis dominiorum suorum negotio adhibuit, commissa primum an-
 no 1556. apud Ferdinandum novum Casarem *Legatione*, et inde ad sacro-
 sanctam Synodum Tridentinam anno 1562. perhonorificam Legatione. Quo
 in munere, et peregrina regna ingenii sui dexteritateque eximie implevit fa-
 ma, et Hispaniae nationi gloriam innata sui comitate, singulari iugendi
 prudentia, ac in devinciendis sibi omnium animis felicitate utriusque propagatam, ter-
 tatiisque reliquit. Tandem denique vicem quasi pariteret *libera* ductus
 vixit post datam sternerie operam, ut Synodus absolveretur ea communi la-
 tina animaque caritativam fidelium voluntate, que omnem expectationem longe
 supergressa fuerat, Tridenti, paulo post acceptata subscriptaque in authentico
 tabulis Regis nomine Concilii Acta, diei clausit extremum. * Qua hono-
 re Tridenti a clarissimis sui ordinis viris, a Latibus et Legati exceptus, quan-
 to studio de loci prerogativa cum Gallo Oratore decertaverit, quo in subrepta
 eam de contentione tam in Coetibus quam in Sessionibus considerat,
 quam necnon quidem pro gravioribus negotiis expediendis Hispanos
 Legales domi sua coegerit, passim tenetur apud illos temporis Historicos;
 perfectum tamen adhaec est Concilii Trident. Hist. Cardin. Pallavicini.

* 20. Decembris
 1563.

68
Clemens Garces, *Casaraugustanus*, ibique ad Sanctae Mariae del Pilar almam Aedem Canonicus, sacrae Theologiae Doctor, Tridentum a vit anno 1551. ad Synodum sub Julio Lupa III. reassumptam, Theologus à Carolo V. pro Aragonensi regno missus, Tridentinae naturae cessit inter primas Concilii functiones.

Cosmas Damianus de Hortola, *Perpinianensis*, Gerundetamen educatus, in Complutensi gymnasio Latinis et Graecis literis, deinde et aliis liberalibus disciplinis instructus, pro uberiore literarum proventus se se in Parisiorum urbem contulit. Hic Philosophiam avidè hausit e fontibus ipsis Gasconum magistrorum propinatam; praeterea quicquid sacrae scientiae studio jam sibi pro laborum culmine destinato viam munire videretur. Atque adeo Hebraeam linguam, Mathematicas artes, et Medicinam cum attigisset, Francisci ante alios Vatabli peripateticae physicesque praeceptoris, Hebraicarum deinde literarum professoris clarissimi sectator assiduus in re Theologica minor brevi processus fecit. Interim post Parisios Bononiam veniens Pontificium in ea Universitate didicit, Theologiae habitus et Canonum Doctor reuertiatus, atque ordinis sui princeps habitus. Jam Romam ex urbe ista et schola coequantem, Gasparis maxime Cardinalis Contarini officii auctoritateque invitatum, pietas erga parentem in defecta senectute postrema sibi à filio solui officia literis sub id tempus delatis exposcentem, in patriam revocavit.

Advenienti post patris funera, magnoque plausu civium ditanda peregrinis mercedibus patriae Academiae Barcinonensi accincto, Senatus decreto suo gymnasii Praefecturam anno scilicet 1543. ultro detulit. Quam et honorum omnium magna expectatione suscepit, ac per integros septendecim annos partim se in liberalibus studiis curam docendi praestans, partim ab aliis idoneis perceptoribus praestari sedulo curans, latis ad haec studiorum legibus, prudentissimè administravit. Per id tempus, cum ibidem locum graviores doctrinarum artes Patribus placuisset, *Metaphysicorum Aristelis libros*, hinc *S. Thomae conclusiones*, deinde sacrae Scripturae volumina, Graeca et Hebraica antea codicum dictata Latinis conferens, publicè interpretatus est. Planè dignus fuit eo nomine doctrinae praestantis habitus, quem Fidei sacrae Censeres à consiliis sibi cooptarent, insuperque Hispaniarum Rex Philippus ad Synodum sub Pio IV. Pontif. Max. Tridenti celebrandam in Cataloniae

Theologis præcipuum deservaret, ornatum Abbatia B. Mariae Villa Bertrando, Ordinis S. Augustini, Diocesis Creuendensis. Eò delatus in defensionis fidei et morum capitibus laude summa eruitur constantia atque doctrina. Industigibi inter Theologos consuetudine se, in quatuor, diuidentibus classes ad minuendum temporis diuendium ex frequentia disputationum, interuendendi classes, quarum singule de articulo sibi traditis disceptarent, statim coorta est contentio inter Hispanos et Gallos de primo dicendi loco, post Theologos Pontificios, quibus primo dicendi facultas dubio procul tribuebatur. Ad hanc litem diuendam statuerunt Legati, ut quemadmodum inter Latæ susceptarum insularum ordo, eodem pacto inter Theologos ordo susceptæ laureæ seruarietur. Tradidit Igitur singulis Theologorum classibus octo articulos de Matrimonio traditendos tradidit, primus illorum catus die 9. Februarii 1563. est habitus, in quo Alphonsus Salmeron Pontificius Theologus unicus de acceptis articulis verba fecit; postidie mane integrum spacium explevit Nicolaus Maillard, Decanus facultatis Parisiensis, et Galloarum primus; postero autem mane locum habuit Hortola noster primus ex iii, quos Philipus Rex miserat. Is quoque (inquit Vera Hæstor. Concil. Trident. Auctor lib. 20. c. 2. n. 2.) nationis copia illius conventus horas explevit; non tamen auditorum animus defatigavit. Quibus ornatu virginitatem scientieque præconiis ad suos recessus, anno 1564. in D. Ferdinando de Loaces Tarraconensem Archiepiscopo congregato interfuit, biennio deinde fuit tantum superstes magno usque ad extremum præstito pietatis et modestiæ exemplo. Doctrina saltem insigne dedit ad posterum monumentum, scilicet

Paraphrasim, & Commentaria in Cantica Canticorum: Venetijs an. 1585. editam. De quo opere sic Andreas Scholus in Biblioth. Hispana. Hebræorum Sanctorumque PP. omnia tincta disciplinis, quibus nihil in eo genere scriptum videri accuratius, cum à veteribus Græcis digene, Niceno, Olympodoro discesserit, quod nihil non ex diuinaum literarum myrotheis hausit, et cum D. Joannis Apocalypsi diligenter comparauit. Laudatur etiam ab Antonio Possevino in Apparatu Sacro.

Cosmas Palma de Fontes, Valentinus, in oppido Sancti Thomae quod Montesiana equestri parat militiae, natus, linguarum trium Latina, Graeca atque Hebraica peritissimus, liberalibus ac sacris egregie instructus discipulis, Doctorisque Theologi laurea conspicuus, in professione Tridentina ad Synodum sub Pio IV. proximè laudato Cosma Damiano de Hortola comes associatus à Rege Catholico datus, Orationem ad PP. habuit Feria IV. Cinerum 24. Februarii anno 1563. Inferiorem adire Germaniam absoluto Concilio iussus, plurimis cum haereticis concertationibus interfuit, nullumque fuit invidentia malignitatis injuriaumve genus, quod ab illis non fuerit pro tuenda viriliter catholica religione peressus. Hispaniam inde, quo tempore Oriolana Ecclesia in Cathedrali sedem Pontificis diplomate erigebatur, reversus, eius sacro Collegio cum munere sacram Scripturam juxta recens Synodi Tridentina decretum à Philippo II. cooptari meruit. Ab eodem mox Curiam evocatus, et inter Regios Sacellanos adlectus, cura transferendi è Graeca in Latinam linguam D. Athanasii, Eusebii Casariensis, aliorumque Graecorum Doctorum codices, quibus Escorialensis regia Bibliotheca referta erat praeficitur: cuius munus Caesar Cardinal. Baronius in Martyrolog. ad diem 23 Septembris S. Tecla sacram cum nostris perhonorifica laude meminit, quippe de codicibus in illius literarum suppellectilis Indice contentis sermonem instituens: In eodem Indice (ait) Sanctus Athanasius de vita S. Tecla lectus est, de quo ut de illis Eusebii de SS. Martyribus latine convertendis egi prolixè cum doctissimo viro D. Cosma Fontes, regio Graecorum interprete, ut absoluta Photii Bibliotheca, tunc ad amussim ferè expressa, nobis illas SS. Martyrum, et in primis S. Tecla coronas in lucem refunderet. Huic absolvendo operi dum omnem adhiberet industriam, Dertusana Ecclesia praeficiendus regimini, à supremo Aragonum Senatu consultus, ad Regem pervenit, qui agrè ferens laboris Cosma comendati curam deponere, ad opportunius tempus propositionem rejecit, eo tamen animo ut post perfecta opera hominem meritis muneribus ornaret. Perit contracta ex improbo labore celeri agilitudine, oneri praeter ac honori ibidem cessit, omnes lucubrationes suas Catholico Regi testamento relinquens, quae anno 1612. in Escorialensi Bibliotheca se vidisse Antiquitatum Oriolae cap. ultimo Franciscus Martinez testatur. Eius

Oratio ad Tridentinos LL. habita sacra die Cinerum an. 1563. typis edita est Buxia cum aliis aliorum.

Tedocendi

D. Didacus de Alaba Esquivel, Victoriensis, Petri Martinez de Alaba unius ex centum Catholicorum Regum stipatoribus (los Cien-Continuos vulgo dicebantur) Alabensisque Provinciae generalis Deputati, et Militarium copiarum Ducis, atque Mariae Diaz de Esquivel filius, praestantis viri ingenii, jurisque utriusque consultissimus, inter primos apud Salmanticensis S. Salvatoris Collegii sodales à clarissimo viro D. Didaco de Alaba eius fundatore die 15. Augusti 1524. electus est. Illic quidem non parva doctrinae laude florebat, dum Martinus ab Alpizcueta Navarrus assertiones quaedam publicè Salmanticensem certaminè propugnandas anno 1528. obtulit, et inter eos qui tela adversus eas torserunt, unus erat, ait ipse Navarrus in Relect. ad cap. Novit de judiciis notab. 3. num. 102. D. D. Didacus de Alaba, tunc Cathedrae iuris Pontificii doctissimus, post autem Episcopus Asturicensis, nunc vero, ut audio, translatus in Abulensem superfluentis. Granatam inde Senator à Carolo Cesare destinatus fuit, pauloque post in Militarium Ordinem⁴ Calatravensi adscriptus persequitur Praeceptoriam locum⁵ et in Supremo Castelle Senatibus iura laudabiliter dixit. Asturicensis hinc renuntiatus Episcopus, Synodique Generali, cum primò à Paulo III. P. M. Tridenti coacta est, cum ab eodem Christi Vicario, tum ab ipso Cesare adesse iussus, ob viciniam Canonici iuris cognitionem, subactique iudicii praestantiam, plurimum ~~ejus industriae~~ in concinnandis decretis ejus valuit industria, et in decidendis consilium atque sententia. Ad nos inde venit Abulensis Praesul datus, et Granatensi Cancellaria una Praefectus an. 1548. quo per novem fere annos persuncto rectissime munere ad Cordubensem hoc temporis decursu jam translatus sedem, in ea è vicis decessit 16. Kalend. Aprilis an. 1562. publicae luci commissum nobis relinquens bene doctum opus.

* Consilia

† militaria

De Conciliis universalibus, ac de his, quae ad Religionis et Reipublicae Christianae reformationem instituenda videntur. Granatae 1552. in folio. Ne tandem ~~illud~~ virum de Hispania optimè meritum illaudatum relinquamus, juvat huc conjicere testimonia Sfortiae Cardinalis Lallavicina, à quo lib. 6. Hister. Concil. Trident. cap. 11. n. 3. Didacus Alaba, Asturicensis Episcopus, acer ingenio et libertatis amans audire meruit. Et lib. 7. cap. 6. Disputationes

à Patribus de Decreto super Episcoporum mansione apud suas Ecclesias & Re-
solutio in cœtibus 21. et 22. Maii 1846. habitas à Patribus referens, cum de Car-
ditium exceptione à residendi onere verba faciens, num. 3. concludit: Quod
ab universis comprobatum, et nervosa concione ab Asturienſi confirmatum.
Jacet in Capella majori S. Petri Victorienſis urbis sub ista Inſcriptione:

D. D. Didaco de Alaba Episcopo
Cordubensi, Regioque Præsidi:
Didacus de Alaba Patruo colendiſſimo
Juxta avita monumenta

G. E. P.

Eruditissimus, prudentia & moribus admodum illustris D. Didacus ab Alaba, Epi-
scopus Abalensis, Curia Granatensi Præſes integerrimus audite movit ab ejus præla-
ro ſucapulo D. Covarrubias 1. par. Relect. Clem. Si fueris S. 2. n. 4. qui eidem Præ-
ſuli Relect. Cap. Quamvis pactum de facti, e Granata mense Aprilis 1853. nuncupa-
vit

F. Didacus de Chaves, Ordinis Prædicatorum, illo-
 ri loco natus, sed virtutum præstantia clarior, ac literarum sacrarum
 studio longe commendabilior, ob quod demandata ei fuerat provincia ge-
 rendi Salmantice in prima Theologia cathedra vices Melchioris Can-
 ad Tridentinam Synodum anno 1551. Cesaris jussu destinati pro Hispania
 Theologi. Hac autem electio, suum etsi non sortita effectum, in magnam qui-
 dem viam recidit existimationem, in tantamque ejus doctrinæ famam,
 ut et Canoni ipsi in professione comorationeque Tridentina datus fue-
 rit comes ac socius, et post reditum ad sacras tum Caroli
 Hispaniarum Lincii, tum Elisabethæ Valentiæ Regine excipiendas
 ex molegeste à Philippo reum jam domino fuerit electus. In Bernar-
 do necnon à Fresneda Franciscano, quæ Rex ipse ~~sed~~ secretioris conf-
 ciendæ suæ vulnera detegebat, viam univærsæ carnis ingressi locum
~~utendæ~~ aures suas eidem Regi nexas christiano ritu confitenti à
 1. die Octobris anno 1577. Didacus præbere coepit, à quo paulo
 post ad reum Belli Statusque Consiliûm, quod summum honoris ad-
 men inter Hispanos tunc temporis merito habebatur, postremo erectus
 est. Quid quantumque huius auctus manebat Philippo, cum in obtinen-
 de Lusitanicæ regno, quod sibi hereditario jure ob Sebastiani Henrici
 que Regum mortem obtinuerat, tum in republica Hispanicæ Orbem
 pervadentis univærsam, et ab Oriente in Occidentem ita præterire,
 ut posset quæ Orbem totum circumdare, quin tamen ex Catholicæ Re-
 gis Dominatu excederet, rectissime administranda et materia
 consilio atque prudentia, et sollicitudine ac industria juverit, tes-
 tantur passim reum à Philippo gestarum Historici, et Ordinis Præ-
 dicatium Chronographi. Lectissima quoque Virgo S. Theresia à Jesu,
 cujus confessiones nostram aliquando audivisse dicitur, eum tanquam
 valde cordatum laudat Epistola 22. copiosius et usque ad sacietatem
 venerabilis Oxomensis Læsul D. Joannes de Palafox in excellentissimis
 Notis ad eandem Epistolam. Quamquam tot tantique occupatus ne-
 gotiis nullas ingenii sui lucubrationes in publicum ediderit, ejus ta-
 men cura atque studio debemus Dominici Soto, præceptoris sui Opera
 ordinata à multis reposita mendis, atque Additionibus locupleta-
 ta, uti ex Regia facultate ad illorum novam editionem Insuper D.
 Pauli Burgensis concessa, et ~~statu~~ prædicte Nonæ Martii ~~signata~~ an-
 no 1579. signata, comperimus. Post Elisabethæ Regine et
 Caroli Lincii mortem Italianam se aliquando contulit una cum Joan-

† Ditionis

† necnon

ne de Ochoa et Joanne de la Fuente instituti sui sodalibus, quibusdam
 destinatis in Urbem a Supremo Hispanicae Inquisitionis Praefecto fuerat, ut in
 causa religionis Bartholomaei Carranza Toletani aresulis apud Judices sibi
 a Leo V. electis Consultorii munere fungeretur: uti testatur D. Didacus de
 Casteyon de Primatu Toletano part. 4. cap. 36. §. 10. Tres memoratos Consul-
 tores magnarum doctum viros, summosque appellans Theologos. Multa doc-
trina circum appellatus Antonius de Herrera lib. 2. Histor. Lusitaniae fol. 58. Prae-
 clara tandem Didaci nostri facinora quisquis lustrare voluerit, in Hist. Pla-
 centina f. Alfonsi Fernandez Dominicanus lib. 3. cap. 18. et 19. congesta inueniet.
 Nobis sufficiat ejus sepulchri titulum, qui in Capitulo Fratrum Collegii S.
 Thoma Matritensis exstat, huc subjicere.

Hic jacet Frater Didacus de Chaves,
 Magister, a Confessionibus Caroli
 Principis, ac Philippi Secundi
 Hispaniarum Regis.

Obiit decima septima die Mensis Junii
 Anni MDXCII. etatis vero suae
 Octogesima quin-

ti.

Latum scilicet est Didacus noster Tuxillo urbem, parentes autem ~~Alfonso~~ Alvarum Rodri-
 guez de Crobar D. Jacobi ordinis Equitem et D. Mariam de Chaves Sotomayor. Post
 sum solennem professionem in Conventu patris Incarnationis B. Mariae, salmanticae stu-
 diorum causa missus est, indeque dirigens ad Collegium S. Thoma, in numero Sodalium
 cooptatus. Laepit deinde Monasterium Dominicanum Abulensi ac Toletano, et electus Vice-
 rariu Provinciae Regni Galliciae una cum eo munere sacrae Theologiae cathedram in Com-
 tellana Academia primus sui ordinis rexit, et sodalibus successivam reliquit. Anno
 1559. die 21. Octobris inferuit Comitii Provinciae suae Placentina in urbe celebrati, in
 quibus Melchior Caro Provincialis Minister creatus est, suffragante praecipue ipse
 Didaco, qui Difinitorii titulus plurimum eo tempore spectabilem reddebat.

Didacus Ferrer (vulgo Jaime) Ferrer, Valentinus, sacrae Theo-

logiae Doctor Sorbonicus, qui et Tridentinum ad generale Concilium se-
cedente Julio III. Segobriensis Episcopi Gasparis Jusse de Borja Theo-
logus venit, atque in eo Assumptae Mariae Virgini in caelum solemnem die an-
no 1551. concionatus non modicum est, sed in caelibus quoque minorum Theo-
logorum de traditis articulis acriter disputavit, praesertim de Paenitentiae
sacramento, ut apud Cardinal. Lallavie. lib. 12. cap. 10. num. 29. Hystor.
eiusdem Concilii legitur. Metropolitana postmodum patriae Ecclesiae Prae-
situs, Sanctique Officii Inquisitionis Consultor atque Qualificator electus,
Hebraicorum linguarum ac Bibliorum triginta et amplius annis in Academia
Valentina professorem egit. In vivis adhuc erat anno 1594. ejusque nomen
existat inter sacrae Theologiae Doctores, a Synodo Dioecessana Valentina
eodem anno celebrata deputatos examini illorum, qui vacaturis Ecce-
lesiis essent proficiendi. Hujus est (Schotus ait)

* quod munus prius
solum erat ex delega-
tione Synodi Dioecessanae
Valentinae anno 1584.
celebrata; cuius Decre-
ta in suggestis adis ma-
xima Valentina die 25.
Septembris ejusdem anni,
magna cleri et populi
multitudine audiente,
legit ac promulgavit;
itemque ex delegatione
alterius Synodi Dioece-
sanae, habitae an. 1590.

Concilium Valentinum Provinciale, tempore suo celebratum,

cujus acta formavit. Cetero ceteris -

Oratio ad Tridentinos Phabita die Assumptionis **B. Mariae V.**

15. Augusti 1551. quae seorsum typis edita est, deinde cum aliis.

D. Didacus (sive Jacobus) Gibertus de Noguera, Cong-

ab Hispanica patriae solo educatus, Doctoris Theologiae laurea rectissimus,
Ferdinando I. et a Sacris et a Concionibus, Viennensis in Austria Ec-
clesiae Decanus, in Aliphanaque Sede Episcopali Antonio Agustinus succes-
sor 8. Augusti 1561. datus, Tridentinae Synodo, sub Pio hujus nominis
IV. praesens adsuit, et in Sessione celebrata 15. die Julii an. 1563. La-
tine concionatus est cunctis plaudentibus praeter Gallos et Venetos qui
huc modicum reportavit laudem, eo quod prius Hispaniae quam Galliae
Regem, priusque Sabaudiae Ducem quam Rempublicam Venetorum nomi-
nabat; quare utriusque de Aliphans apud Legatos postea conquesti sunt, pos-
tulantes, ne in Acta illius referretur oratio, quod nimirum perfectum est.
Absoluta Synodo in Italiam reversum immatura morte anno 1566. ~~inter-~~
attingit, insigni spectataque virtute praeditum (verba Eusebii damasceni

Virum sane

21
Catalogo testium veritatis) Historicum celeberrimum, multarumque literarum et rerum peritissimum. Egregiam item Didaci nostrae laudem deo Latino Latino Viterbiensi in Epistolis. Andrea quippe Masio hic scribens IV. Martii an. 1560. Ante paucos menses venit in urbem (inquit) Jacobus Noquera, homo Hispanus, Decanus Ecclesiae Viennensis, qui aliquot annos Ferdinando Casari sacris mysteriis peragendis, sacrisque libris concione interpretandis cum summa, ut audio, laude operam dedit. Illi hinc quoque scripsit, ac propediem quatuor de Ecclesia libros, quos partim absolutos jam, partimque excisos habet, publicabit: quos etiam speculandis omnibus, reique publica in primis utiles fore. Tu, si quando leges, videbis hominem minime stertentem, non tantum res arduas graviter et erudite, sed etiam eleganter, ac quadam dicendi facilitate permixta tractare. Et post pauca. Hic scribet, ni fallor, plurima: ea est enim hominis in dicendo et scribendo facultas, ut quivis merito mirari possit tantam in juvene Hispano eruditionem, tantamque ex tempore verborum bonorum copiam. In alia ad Stanislaum Osium eodem anno data, in Quaesitorum Collegium cooptatum Noqueram, et in alia ad Valentinum quendam Rutboriski, quae ponit sequitur, in familiam Pontificiam (Pii nempe IV.) honorifice adscriptum fuisse refert. Quae et in alia ad Masium haec habet: Exit mihi cura, ut Basilii commentarios in Esaiam Noquera noster publico studiosorum commodo prodant in lucem. Ejus praeterea meminere Epitomator Gesneii, Simler. in Epistolis, Pallavicin. Cardinal. in Histor. Concil. Trident. 3. part. plures, Ferdinand. Ughellus tom. 8. Italiae Sacrae, Aubertus Miraus altera parte Bibliothecae, Ludovicus Morexi in Dictionar. Historico, aliique. Edidit non contemnendum Opus, quod duos tantum, ex quatuor à Latino relatis, comprehendit libris

De Ecclesia Christi ab Haereticorum conciliabulis dignoscenda. Dilingae 1560. fol. Item -

Orationem de Sacramento Ordinis ad Tridentinos PP. habitam 15. Julii 1563. Brixiaeque cum reliquis ejusdem argumenti typis excusam. Aliam quoque concionem 18. ejusdem mensis et anni Castellae idiomae Tridenti habuit, quae iisdem typis, ut credo, paulo post edita est.

Didacus Govea, Lusitanus, sacrae Theologiae Doctor Sorbonicus anno 1543. ritè creatus, in Oecumenica Tridentina Synodo, ad quam 5. die Martii 1552. pervenerat, Joannis III. Lusitaniae Regis Oratoris munere ~~Oratoris~~, una cum Didado de Silva et Joanne Laez, etsi per duos dimittatur menses, gloriose perfunctus est. Post suspensionem autem Concilii patriae restitutus, Praeior Major, quae suprema Jacobaei Ordinis dignitas apud Lusitanos est, ab eodem Rege creari promeruit.

D. Didacus Henriquez de Almansa, Francisci I. Comitis de Alcañizas ex Elisabeth de Ulloa proles faustissima, Cauensis ad Caesaream promotionem creatus à Julio Papa III. Episcopus, Salmanticensi Academiae ejusdem Caesaris jussu anno 1550. visitavit. Sedente deinde Pio IV. inter Tridentinos Latres, à seculi Generale Concilio evocatus, sententiam suam dixit, et post illud absolutum, suamque repositam sedem viam universae carnis Cauia ingressus est anno circiter 15... Unde corpus Zamoram delatum, ut ~~in~~ in parentum sepulchris tumularetur. Vixit laudant Egidius Gonzalez Dabilia in Theatr. Eccl. Cauens. Josephusque à Sancta Cruce Franciscanus in Chron. Provinciae S. Michaelis lib. 4. cap. 13.

D. Didacus Hurtado de Mendoza, Enece Tendilla Comitibus
 eiusdemque Mondeaxensis Marchionis, incliti Granatensis ultimum adversus Maurum
 belli Ducis, et Joannae Pacheco filius: Ludovici majoris natu ac familiae principis, Cas-
 tella Senatus Praesidis, Francisci Giennensis Episcopi, Bernardini tiremiuum Hispa-
 nicarum Praefecti, Antonique utriusque Americae Lioegis germanus frater, sorore
 et femina praestantissima felix, cuius militaria facinora cum audimus (Laudus
 ait Marcellus ad Didacum nostrum eius fratrem in Philosophiam Ciceronis pra-
 fati) cuius eam nostrae aetatis viri animi magnitudine comparamus; cum autem
ea, quae scripsit, legimus, vel antiquis scriptoribus ingenii praestantia simillimam judi-
camus. Haec non est Mencia illa Tenetensis Marchionissa, Henrici de Nassao,
 Principis Calabrie uxore, cuius doctrinam Vives, et Matamoros mirè extol-
 lunt, in quo Andreas Schotus feminas Hispaniae illustres laudans hallucinatus
 fuit; sed vel Maria, quam Antonius Alustado de Mendoza Montis-acuti Comes al-
 terave, quam Joannes de Ladilla Toletanus, uxores habuerunt. Patria fuit Didac-
 cus ex urbe Granata, ut vulgo creditur, etsi Toleti videatur natus Thome Tamayo, quod
 in Elogio M. S. virorum illustrium Carpentanorum argumentis confirmare se alicubi
 ait. Granata quidem, Salmanticaeque tribus linguis Latina, Graeca, et Arabica excul-
 tus accurate, nec non et juris utriusque notitiam edoctus, etate jam bello maturus in
 Italiam venit, ad bellica, ut nobilem vitam sub bellicosissimo decebat Principe Carolo
 Augusto, subeunda discrimina, muniaque gerenda. Quae verè is, ut alter Scipio, sic trac-
 tarit, ut militiae intervalla fluctuosissimo digungeret otio, semperque inter arma, ac stu-
 dia versatus (quod de Romano illo ait Lactantius) aut corporis periculis, aut animi
 disciplinis exercebat. Per hybernas etenim bellorum intermissiones, vel Romam, vel
 Latavium, vel aliam Italiae Academiam contendens Philosophos, et Mathematicos avi-
 de audire solebat, atque inter alios Latavii Augustinum Niphum, et Joannem Mon-
 terdocam Hispalensem in Philosophia clarissimos: sic studiis animum imbibens, ut non
 minus belli et pacis artium gnarus, quam totius eruditionis corpus evaserit, vulgo
 que existimatus sit.

Porro his dotibus ornatum publicis aliquando negotiis tractandis applicuit Caesar,
 eiusque in legationum officiis eloquentia, prudentiaque et industria, cum apud Ve-
 netos, interimque in magna Synodo sub Paulo III. Tridenti coacta, deinde Romae
 apud Sagam ipsum usus est felicissime. Quo ultimo dum distinguitur munere, Sena-
 rum quoque Gubernatorem, armorumque per Tusciam Praefectum pro Carolo gessit: cu-
 jus in hac legatione administranda rebus gesti pleni sunt omnes Historiae Augustae eius-
 dem Caroli Historiae commentarii. Sub Philippo II. non minimam rei. aut facilio-
 rem partem gessisse eum, cum Regi à consilio fuerit Status (quod etiam ei ascriptum est
 munus à S. Teresa Epist. XL. ad nostrum data) ex monumentis avi illius constat. Sub
 hoc enim Rege alios viginti annos superstes fuit, viratibusque insignibus floruit usque
 ad eiusdem seculi septuagesimum quintum.

Viris sane aetatis suae in literaria re principibus magno in graeco semper fuit, quasi
 quae alter studiosorum Meccenas. Graecae praecipue studia, dum Venetii ageret, ar-
 denter promovit. Multa quippe nondum visa in Europa hac nostra antiquorum Au-
 thorum, in hisque aliqua Sanctorum Basilii Magni, Gregorii Nazianzeni, Cyrilli
 Alexandrini, nec non et Archimedi, Heroni, Hippiani monumenta à Graecis ipsius
 latebris, avidissimorumque possessionum manibus abstulit. Nimirum pro charissimo
 Turcarum magno Imperatori Agate quem Solimano capite, quem ab his, qui in potes-
 tate habebant, non parvo ere redemerat, liberumque dimiserat, non aliam oblatam
 ab illo Principe gratitudinis significationem admittere voluit, quam quod Vene-
 ti liberum esset à Turcarum ditione grana, quorum indigebant, petere; librorumque

aliquot Graecorum sibi ut esset compor: quod utrumque impetrauit facile, sex non minus
 arci librorum manuscriptorum, thesauris quorundam preciosissimum, gloriæ Solimani dono e
 potestate barbarorum recuperati. Quæ aliorum Graecorum codices e Basilianis Cardinalis
 aliorumque Bibliothecis, opera in eorum Arnoldi Alevini Graecè doctissimi mag
 na impensâ excubi curavit. In Bibliotheca Ambrosiana Mediolanensi libellus
 extat sine Catalogis M.S. librorum Graecorum, quos ille sibi undique excubi fe
 cerat.

Nicolaum necnon Sophianum Coxyrensem eum, cuius Graecis Tabulae, notegue
 ad eam Nicolai Gerbellii extant, Thesaliam usque misit, atque Athon montem
 ad conquirenda, et describenda clarissimorum auctorum monumenta, et op
 ra: quod in quadam epistola Joannis Metelli ad Antonium Augustinum M.S.
 se legisse Antonius Nicolaus Antonius meminereat. Totâ hæc librorum mo
 lenia Gesnero etiam in Bibliotheca sua laudatam, Philippo Regi Catholico
 moriens Philippo II. legavit: eamq; Rex accepit, in se recipiens nominum
 solutionem, quæ in testamentariis tabulis demonstrari rebata erant. Geographiam
 quoque exquisitè conuertam habuit: multoque ingenio, et iudicio, Ambrosii de Morales
 veterum Hispania locorum vocabula, et situs investigabat, ad iumentum usus ex
 officarum, quas sic intemè callebat, linguarum. Nec Philosophus tantum, Historicus et Po
 eticus fuit non vulgaris: sed et inter ævi sui Poetas, qui vernaculo carmine delectabantur,
 nulli secundus. Exregius quippe erat, quod ea nobilitate virum summe decebat, patris se
 nis, atque eloquentia promotor et admirator. Ceterum duo tantum ab eo extare monu
 menta, quo palam profiteantur hunc parentem, haud leviter dolendum est, alterum nempe
 Historia, alterum Poëtice asti: scilicet Historicum hoc argumento, et titulo -

Guerra de Granada hecha por el Rey de España D. Phelipe II. contra los Ma
 riscos de aquel reino sus rebeldes: Sallustii Jugurtino, Catharinaeque, aut veterum cui
 cumque alii comparandum. Certè hæc Historia in schedis M. SS. dui cursitavit per omni
 um manus, scilicetque aliorum, Jacobi precipue Bledæ Historiae Mauriscorum scriptoris, di
 tavit. Demum in lucem produit Ludovici Tribaldi regii Chronographi opera, Matriti 1610.
 in 4. deinde Olisipone apud Craesbek 1627. Ex quatuor libris finem textui, quem mutil
 lum deprehenderat, elegantissime supplevit D. Joannes de Silva Comes de Lortalezæ, verè
 purpuram auctoris purpure attexens.

Rhythmicum verò excusum fuit cura Joannis Diaz Hidalgo Melitensi ordinis presbyteri,
 regique Cappellani, sic incusum -

Obras del insigne Caballero D. Diego de Mendoza. Matriti 1610. in 4. Regnat is
 quidem sapientium iudicio in octo-syllabi versibus nostræ gentis propriis: cui in primis
 metru, quod Redondillas et Quintillas, quatuor scilicet, et quinque versuum composi
 tionem, vocamus. Acumen certè ubique, atque urbanitatem non vulgarem, doctrinaque
 ostendit multa lumina, veteresque passim imitatur. Ludicis autem et Satyricis,
 quæ plura erant, editor prudenter abstinuit, ne huius fama et dignitatis viri nomi
 ne palam legerentur. Audis quoque in Italia prodisse olim hoc versuum systema.

In editione Tridentini Concilii Latina an. 1667. a Philippo Labbe procurata et
 adornata legitur tom. 14. columna 292.

Oratio eius Tridenti habita ad Prasides Synodi, Sedi que Apostolica de
 Latere Legatos, cum primum e Caroli Casaris orator ex Venetiarum urbe die
 3. mensis Maii anno 1545. appulit.

Tribuitur etiam nostris juvenilibus ætatis, ingenio tamen ac festivitate plenus, quem
 Salmantica elucubrasset dicitur, libellus: scilicet -

El Lazarillo de Tormes, indigitatus, qui excusus extat Tarracone 1586. Sin
 tique 1603. in 16. apud Ludovicum Sanchez. Italicè hæc idem produit hoc titulo,
 Il Picariglio Castigliano, Barezzi Barezzi interprete 1626. in 8. iterumque cum

* (vigilantissimus quidem
 ut Amatus Lusitanus Cu
 rationum Medicinal. Centur.
 1. Curat. 1. inquit)

adje
 Gall
 hu
 1. c
 bu
 ba
 fcar
 que
 te la
 Cui
 I
 doza
 gust
 huc
 C
 Bibl
 Epito
 I
 doza
 Rom
 I
 Quer
 zara
 Paul
 figur
 Ther

43
adjectione secunda partis, quam Bazezus appendit, 1635. atque item Germanicè, et Gallicè in 12. Quamvis non desit qui Joannem de Ortega Hieronymianum monachum huius authorem asserat, Josephus videlicet Seguntinus in eius ordinis Historiæ lib. 1. cap. 35. Manuscripta Didaci latent in Bibliotheca -

Paraphrasis in totum Aristotelem (quod opus ei Gesnerianæ epitomæ author attribuit) Hispanica forsam; videntur enim quodammodo id indicare Laulli Manutii verba hæc, quæ sequuntur ex præfatione jam laudata. Aliam tu ornanda, atque amplificandæ patriæ tuæ rationem inuisti. Lufers enim quantum in te est, Hispanicæ lingue terminos, et ut ea non solum verbis, et nominibus, sed etiam rebus, et scientiis per te locupletata quæ exteris nationibus appetatur ingenio, doctrinæque consequeris. Hæc ille.

Cuius quidem paraphrasi aliqua portio est -

La Mechanica de Aristoteles traducida de Griego en Castellano por D. Diego de Mendoza, dedicada al Duque de Alba. Quo titulo dignoscatur in Bibliotheca Antonii Augustini, visiturque hodie in Regia Escorialensi, ut ex catalogo earum constat. Forte et hæc pertinet -

Commentarii Politici, quos M.S. esse apud Lucam Torrionum amicum suum docet in Bibliotheca Ecclesiastica de nostro loquens Aubertus Miræus. Percussit quoque -

La Conquista de la Ciudad de Tunes; cui expeditioni interfuisse dicitur Gesneri epitome. Forte et -

La Batalla naval, escrita al fin de la Guerra de Granada por D. Diego de Mendoza. Nam huius inscriptionis liber in Catalogo apparet Olivariensi Bibliotheca, qui Romæ in Barberina asseruatur.

Denatum fuisse virum hunc clarissimum anno 1575. Aubertus idem Miræus docet. Quem et summa quoque laude ornant, et prosequuntur plures magni viri æquales: Lazarus Bonamicius in Epistola quadam metrica in Delitiis Poëtarum Italicorum legenda, Paulus Manutius jam laudatus, Ambrosius de Morales in nuntiacione ad eum Epistola Antiquitatum Africanæ. Præterea ad Didacum nostrum extat Sanctissime Christi Sponsæ Theresiæ à Jesu epistola quædam inter alias superiore seculo editas, XI. nempe Partis primæ.

Didacus Lainez, natus in oppido veteris Castellae Almazan, vir fuit omnibus numeris absolutissimus, ingenio maximo, iudicio acerrimo, excellenti memoria, prudentia singulari, innocentia et vite sanctimonia admirandus, modestia, affabilitate mansuetudine, morum suavitate, supra quam dici potest amabilis. Primis literis sequentia et Latina imbutus est, Dialecticam ac Philosophicam Compluti, ubi lauream etiam Magistralem est adeptus. Lutetiae Parisiorum sese reformandum, ac veluti refoquendum aliis proceptoribus et Philosophis tradidit, ut quae inchoata, et minus perfecta sibi videbantur expoliret, ac perficeret. Quibus studiis absolutis ad Divinas se scientias penitus dedit, maximaque contentione in S. Theologiam incubuit, summusque Theologus evasit. Sancti Ignatii Loyola constituendae Societatis Socius inter primos, et adiutor fuit. Per Italiam penè totam Verbum Dei ingenti auditorum concursu, admiratione, fructu disseminavit. Institutorum Collegiorum novi Ordinis Ignatio ipse auctor fuit, utque multa praecipue in urbibus Italiae erigerentur Collegia, eius potissimum opera, atque labores perfectum. Sacram Cardinalium Dignitatem ei à Paulo IV. Pont. Max. oblatam inconstanter recusavit. ~~manuscript.~~ Eo vero Pontifice mortuo, ac Sede Apostolica vacante, duodecim Cardinales ex universo illo sacro Collegio lectissimi in ipsum extra Conclave Romae agentem sua suffragia contulerunt, quo Pontifex Maximus fieret. Sanctissimo Ignatio in Caelum conscenso tum Vicarius, tum Praepositus Generalis Societatem octo annos, et dimidiatum rexit: quo tempore mirabiliter est propagata. In Galliam anno salutis 1561. à Pio IV. cum Hippolyto Estensi Cardinale Legato ad restringendum si posset incendium ab haereticis excitatum, dimissus in publico totius Regni conventu, Theodorum Bezzam, Petrum Martyrem, aliosque nefarios haereticorum antesignanos exultantes in mendacio maxima sententiarum, et verborum gravitate, homo dignus et hoc genus respexit, frenavit, ac mutos fecit. Ad Synodum Tridentinam ter profectus est à Paulo III. Julio item III. et Pio IV. missus, et tanquam Sedis Apostolicae Theologus quicquid in Articulis propositis videretur difficultimum gravissime, doctissimeque disputavit, et primum inter Theologos locum tenuit. Sub Pio vero IV. cum Praepositus Societatis esset Generalis inter Patres, qui non solum consulendi jus haberent, sed etiam definiendi et sedat, et sententiam tulit, tanta illius sacri Confessus approbatione, admiratione, acclamatione, ut omnium iudicio et consensu Theologorum princeps, a qua utriusque Theologiae predicaretur. Concilio Tridentino feliciter absoluto, Romam revertit, ubi morbo ex immoderatis studiis, vigiliis, laboribus contracto, cursum suum consumavit, et maximo Sociis et externis sui desiderio relicto sanctissime mortuus est 19. Januarii anno 1565. aetatis 53. Scripsit, vel potius scribere aggressus est—

De Providentia, libros XII. quos adumbratos tantum atque inexploratos reliquit.

Prolegomenon in universam Scripturam, lib. I.

De Trinitate Lib. III. magis elaboratos atque perfectos.

Indicem, et tanquam Sylvam, et materiam omnium fere illustrarum sententiarum, quae passim apud sanctos Auctores (quos omnes perlegerat) reperiantur: quicquidem vice completissimi Thesauri, et quasi omnium Doctorum promtuarum esse potest.

De Cambiis; De Usuris; De Pluralitate Beneficiorum; De Fucis et ornatu mulierum; De Regno Dei; ac de Usu Calicis, et alia per multa, quae ad Fidei dogmata in Concilio Tridentino tractata, vel explicanda, vel confirmanda pertinent. Sed per gravissimas concionandi, sacras literas interpretandi, disputandi cum haereticis, peregrinandi et gubernandi, ac perpetuas occupationes, haec limare, et alia felicissimi

* Haec igitur instructur sententiarum cythara, cui nulli mirum videbitur, quod Tridenti agens affirmare non dubitaverit, se nullam ex Scripturis in Concilio prodecuram, in cuius universis voluminibus verba singula non lestrasset?

sui ingenii, atque exquisitae eruditionis monumenta Reliquiae Didaco nostro non
licuit. Ceterum ipsius lucubratis est -

Doctrina sacra Concilii Tridentini, de Sacramento Ordinis. Item -

Dogmata et Decreta de Satisfactione, Gratia et Justificatione, ipsi magna
si non etiam ex omni parte debentur. Certe scripsisse ipsum de Justificatione tra-
ctatum, qui verbatim insertus fuit acti authentici Concilii Tridentini, Auctores
Cardinal. Gallavici. in Hist. Conat. Trident. lib. 8. cap. 11. n. 2. Extat quoque cum
Commentariolus ne templa Hereticum concedantur, in Colloquio Loissiaci in
Gallia scriptus.

Oratio item, quam ibidem habuit, relata à Francisco Sacchini tom. 2. Hist.
Societat. Jesu lib. 6. n. 32. et lib. 8. n. 201. Necnon

Epistola ad Latres et Fratres Societatis Jesu, qui sunt in India: De Magni-
tudine suscepti operis, et conservatione spiritus in illa Missione. Data Romae
12. Decembris 1558. quae texta est inter literas Propositorum Generalium. Eandem
aliis verbis ex autographo Helyano fideliter latine redditam recitat idem Sac-
chinius lib. 2. n. 188. Item -

Tabella brevis pro Concionalium instructione, quam exhibet Antonius Sol-
seimus in Bibliotheca sacra lib. 5. cap. 41. In Bibliotheca Ambrosiana Me-
diolanensi aservatur manu exaratu codex sub hoc titulo:

Summa eorum, quae per Jacobum Laines Societatis Jesu è suggestu propo-
sita sunt Populo Genuensi circa mercatorum frequentiora negotia. Fortè idem
cum de Cambii opere supra laudato. Eiusdem praeterea est -

Concio ad Tridentinos PP. habita Dominica XV. post Pentecostem
30. Augusti anno 1562. quae cum aliis aliorum Orationibus Brixiae
edita est.

In tanti viri commendationem verè venerandam et reverentiam
quibus Dominicum Sotoi Theologum illius temporis fidei praesertim haec
prohibuit: Si mihi illa sapientia excellentia, quam in Didaco Laines
veneratus sum, sortè obligisset, verè equidem possem in illam incidere
superbiam, quae ruinam animae certò parasset. A Didaco item Paiva de
Andrada Jacobus Laines sanctissimae Societatis Praepositus generalis dimissi-
mus, atque de Dei Ecclesia bonorum omnium iudicio optime meritus, superstes
adhuc audire meruit Orthodoxar. Explication. libro 1. cap. 10.

† cuius paulo post
mentionem facimus,
dicere ajuunt seli-
tum

• **D.F. Didacus de Leon**, Utrerenſis in Batica, Ordinis Carmelitauum, cujus domum Hiſpalenſem, forte et alias rexit, inſigniter doctus audit a domeſticis, ſacrae Theologiae Doctor, ac trium linguarum Latinae, Graecae, et Hebraicae peritus. Interfuit Episcopus Columbrienſis ~~inſularum inſulae olim exiſtentis~~ ^{Colombienſis} die 11. Octobris 1560. a Pio IV. creatus, Concilio Tridentino, ubi concionem ad PP. habuit die 20. Ianuarii 1562. Ejus meminere Pallavicin. Cardinal. lib. V. Hiſt. Conc. Tuid. cap. 11. n. 21. et lib. 18. cap. 2. n. 9. Rodericus Caro civem suum laudans in Notis ad Dexteri Chronicon pag. 18. Schotusque in Biblioth. Hiſpana, qui omnes ejusdem dignitatis appellatione Didacum vocant. Decessit Hiſpali anno 1589. haec doctrinae suae relinquens opera, quae in Hiſpalenſi Carmelitauum caenobio, aſſervari ~~dicuntur~~ ^{ajunt}, eiſque tribuant Petrus Lucius, et Didacus de Cozza: nempe —

Super IV. Libros Sententiarum Commentaria.

De Arte Grammatica Hebraea, Lib. Unus

Concionem in Concilio Tridentino ad PP. habitam die Ss. Fabiani et Sebastiani 20. Ianuarii 1562. quae cum aliis per Brixienſes typos edita est in lucem. Necnon alias

Binas Orationes Tridenti habitas. Item

Disputationum in eadem Synodo librum Unum.

Hujus Praesulis cum laude meminit fr. Franciscus de S. Maria t. 1. Reformation. Carmelit. l. 3. c. 2. § 43.

† Insulae olim apud Hiſpaliam celeberrima

* ubi proſcriptionem seruat.

D. Didacus de Andrada

Didacus Paiva de Andrada, Conimbricensis, claro inter Lusitanos loco editus, fama vero doctrina adhuc clavior, patrem habuit Ferdinandum Alvarez de Andrada Joanni III. a Consiliis Status, in paucis que charum (de quo in Orthodoxar. Explication. nuncupatorio ad Sebastianum Lusitaniae Regem Epistola filius ipse honorifice meminit) fratres vero Augustinum a Jesu nuncupatum, celebrem illum in barbarici carceris squalore ac tenebris sanctissimi Redemptionis nostri Jesu Christi laborum enarratorem, Eremitarum S. Augustini strictioris observantiae sodalem; Franciscum item Andradam, cujus vulgari Lusitanorum lingua elita Le Rebus Joannis III. Portugalliae Regis Historia extat. Nostum non aliis praeioribus, nec ad rem convenientioribus verbis celebrare possumus, quam Hieronymi Ororii, quo claustrino Silvensis urbis et eloquentia Antistite Lusitana gens maxime gloriatur. Erat in illo (aut in praefatione libri Orthodoxar. Explication. apposita) summum ingenium, ardens studium, singularis industria; quibus muneribus naturae praestantis et virtutis eximia locupletatus, cum se ad artes praeclaras inflammato animo contulisset, uberrimas fructus consequutus est: eloquentiae vero disciplinam egregie coluit: linguas, quas vidit esse ad clariorem sacrarum literarum intelligentiam necessarias, acris studio didicit. Hisque omnibus instructus ad divina mysteria perscrutanda totam mentem applicavit. Et alibi: Contineri non poterat, quin cubicis concionibus multos mortales flagitios innumerabilibus inquinatos instrueret. Hujus doctrinae virum manere domi laboris ac mensuram non decessit tempore, quo ad instruendam universalem Ecclesiae Synodum Tridentinam indictam a Pio IV. celeberrimi Theologi ex omnibus Hispaniarum regnis evocabantur. Coegit in loco et doctissimorum Patrum consensu regraviter et industrie gesta, Styloque propugnandi illius Concilii decretis commutato, tandem laudabiliter, quoad Tridentinarum rerum memoria permanebit. Ejus quidem famae vestigia ad diuturnam eloquentiae ac eruditionis monumentum impressa vidisse se apud Ecclesiae Principes, dum in Italia peregrinaretur, Hieronymus ipse Ororius refert. Cum ergo Tridenti versaretur, et nequid eorum, quae ad Christianam fidem illustrandam, divinam gloriam amplificandam, et augustissimum Lusitani Regis, a quo missus fuerat, nomen ornandum facere quoquo modo possent, unquam pretermitteret, incidit in libellum quendam Martini Kemnicii, Theologiae Jesuitarum praecipua capita inscriptum, cujus sub laevato titulo horrendum latebat monstrum ad lancinandum

quam in Conimbricensi Academia ab incunte aetate (ut ipse in praefac. Orthodoxar. Explicat. fitetur) literarum studii incumbens sibi comparavit,

inclutam Jesu Societatem, iudicandamque non cum solum sed et Catholicam nostram Religionem, cuius omnia fere capita petulantiter depravare, et corrumpere author contendebat. Miratus igitur hominis proacacitatem, cuiusque invecivam in Sanctissimam Jesu Societatem omnium virtutum genere spectatissimam, eruditissimamque prudentia ornatissimam, maximo illius calumniatoris profligandi studio subito exarsit, quos et perfecit, tempus omne a Concilii negotiis liberum in hoc unum opus conferens -

Orthodoxarum Explicationum libri X. In quibus omnia fere de religione capita, que ab hereticis huius temporibus in controversiam vocantur, aperte et dilucide explicantur: Prosecutio contra Martinum Kemnicium petulantem audaciam, qui Coloniensem Censuram, quam a vici Societatis Jesu compositam esse ait, una cum eiusdem Sanctissime Societatis vita ratione, temere calumniandam suscepit. Venetiis ex officina Jordanii Zileti 1564. in 4. et 1592. textusque 1604. in 8. Legitur in Bibliotheca Antonii Verdeni harum Explicationum Catholicarum I. librum Gallice versum typis prodidisse Lydunensibus Michaeli Jove 1565.

Cui cum reposuisset profligatissimus Hereticus librum, in quo gravissimas adversus universam Ecclesiam contumelias intorquebat, descendere lenius in campum sibi opus esse laeva vidit, ut immanem hostem totis viribus profligaret. Maxime cum Serenissimus Henricus Princeps, S. R. E. Cardinalis suorum se ac promotorum operum accincto iam, et veluti arma quatienti declarasset. Scripsit igitur, sed posthuc edendam -

Defensionem Tridentinae Fidei Catholicae, quinque libris comprehensam, adversus Hereticorum calumnias, et praesertim Martinum Kemnicium. Olisipone apud Antonium Riberum an. 1578. in 4. deinde sepe Coloniae 1580. apud Cholinum, Ingolstadtii apud Davidem Sartorium 1580. 4. Habuit et binas

Orationes ad PP. Tridentinae Synodi Dominica II. post Pascha die 12. April. anni 1562. et in solemnitate Ascensionis Domini 20. Maii anni 1563. qua prodierunt Venetiis seorsim apud Ziletum 1562. in 4. et Brixia eodem anno 1563. Lovanii deinde cum ceteris Tridentinis orationibus 1567. Parisiisque 1667.

Necnon et Lusitanica extare ab eo monumenta fecerunt postea: nempe -

Sermones, tribus partibus. I. de Advento, et Quaresima. Olisipone 1603. II. Das festas da Virgen Nossa Senhora, e dos Santos. anno 1604. Quam partem Castellae idioma loqui fecit Fr. Benedictus de Alacon Bellomontanus. Maii 1617. III.

Obit ante annum 1578. quo lucem vidit fratrum opera Tridentinae Fidei defensio, ut Osovius affirmat. Reliquum est ut, elogium doctissimum aliquot virorum, nostro more, laevam ornemus. Eiusgenitum in Catalogo Testium veritati, ~~affirmat~~, ~~etiam~~ Fidei Christianae defensionem inspiram, omnes sui temporis magistros literarum sacrae scientia, eruditione, et doctrina superasse inquit. Gregorius Nunez Coronel in libro de Vera Christi Ecclesia, Virum vocat et sanguine clarum, et doctrina ac pietate perillustrem. Rosveidus in Lege Talionis, Casaubono retabata, tabula I. virum longe doctissimum appellat, et qui ad Concilium Tridentinum et profundissimi Theologi mentem, et linguam eloquentissimi Oratoris attulit. Fr. Ludovicus Granatensis in nunciatione ad Joannem de Riberam Patensem Praesulem Concilii de officio Pastoralis, a se habita in consecratione Episcopi Alarandensis illustrem simul et eruditissimum D. Diegum Paviam appellat. Claudat apud Eminentiss. Cardinal. Pallavin. cuius haec sunt aurea verba, ex cap. 15. n. 7. libri 19. Historiae Concilii Tridentini. deprimista. Cum enim certamen foret (ait) super

monumenta, quibus
 hęc Pallavicini rela-
 tio nititur, ad margi-
 nem annotavit, nem-
 pe: Littera Fiscaria
ad Borromaeum
28. Januarii 1563.
Littera Legatorum
ad Borromaeum 22. Ja-
nuarii 1563. Littera
Borromaei ad Legatos
6. Februarii 1563.

et praesertim Canone, in quo potestas Romani Pontificis in Ecclesiam universalem firmabatur, ille (Ferdinandus Martinez Mascareñas, Orator Lusitanus, de quo supra loquitur) cum suis Theologis tres ipsos dies cohortatus est, ut Canon assentirentur. Praecipue vero Didacus Paiva et Doctor Comanus (forte Cornelius, qui in Catalogis constanter legitur, nusquam tamen Comanus) a Rege Lusitaniae ad Synodum missi, eruditos Commentarios elaboraverunt ad Pontificia auctoritatis emolumentum, qui cum ingenti commendatione a Legatis ad Borromaeum missi, pacem quoque laudem a Romanis Theologis, et a Pontifice acceperunt. Quapropter eius nomine relati sunt auctoribus singulares ille grates, quae non modo intime benevolentiae argumenta sunt, sed estimationis plurimae; quae supra modum confest, ut reddatur cuiusdam benevolentia Principum non solum gloriosa, sed etiam fructuosa. Plura praeterea de Paiva nostro apud eundem lib. 6. cap. 17. num. 10. lib. 18. cap. 12. n. 3. cap. 14. n. 1. lib. 22. cap. 2. n. 5. et 7.

— D. Didacus Ramirez Sedenõ de Fuenleal, natus in oppi-
 do Villaescusa de Haro sacri Conchensis territorii, Salmanticensis Acade-
miae Rector, Toletanae in utroque Jure Doctor, Tudensis Ecclesiae Thesaurarius,
 simul et Legionensis, atque Conchensis Canonici, ac tandem Toletanus, pri-
 mo apud sacros Fidei Censores documentorum Fiscalium patrocinium Con-
cha anno 1551. suscepit obvendum, et 1555. sedit ipse Judex in Toletano vi-
olatae religionis senatu. Alvaro deinde Moscoso e Popelonenfi in Zamorensem
sedem translato successor Didacus a Philippo Rege anno 1561. datus fu-
it in Regni Navarrae Episcopali cathedra. Cogate insignitus honore et Tu-
dentino Concilio sub Leo IV. intersuit, et Provinciali Caperaugustana
ad illius sanctiones solemniter amplectendas anno 1565. a D. Alphonso de
Aragon Archipraesule congregato. Cumque optimi et seduli Lectoris partes
implevisset, et insignem reliquiam S. Firmiani primi Compelonensem Episcopi
atque Latoris e Gallia asservatam in sacia Divi Laurentii eadem rite collocasset,
vita sua cursum Compelone consecit 27. Januarii die an. 1573. Le. quo

Ferdinando

gesta
 et
 Hisp

 in m
 et D
 in pa
 opera
 dos
 nis
 Quo
 ta
 ajunt
 deat
 ultra
 vntu
 lib. 2
 quam
 reliqu
 Episc
 Chiegn

 D
 Sodale
 cem I
 tione
 perfec
 logo ca
 te co
 te Leg

etiam posterorum memoria commendavit Lucentius à Sandoval, Complutensis
et Antistes, in Catalogo Episcoporum sua Sedis, Stephanusque Guerau lib. 30. Hist.
Hispan. cap. 16.

49

D. Didacus Sarmiento de Sotomayor, Callaicus, natus
in municipio de Salvatierra, quo nobilissimi parentes Garsias Sarmiento
et D. Francisca de Sotomayor dominabantur, in lucem editus, Salmantica
in praefato Ovetensi Collegio adlectus sodalis utriusque juris studio strenuam
operam dedit, qua sibi haud angustam patefecit viam ad honores promo-
dos cum violata religionis apud Catalanos Judicis, tum supremæ Inquisitio-
nis Hispanica Senatoris, indeque Astoricensis alma Ecclesie Pontificis.
Quod munus gerens Tridentina Synodo postremo à Pio IV. Pont. Max. indi-
ta adesse, et formando de primis causarum delationibus, seu de primis, ut
ajunt, Instantibus decreto, una cum sodali suo D. Cerverubias aliisque quatuor-
decim ex variis nationibus doctissimis Episcopis selegi promeruit. Prestitis
ulterius in illo gravissimo tot virorum praestantium conventu aliis non paucis
virtutis suae, judicii, atque prudentiae experimentis, quod ipsius Concilii Historia
lib. 20. cap. 17. num. 4. non obscure indicat Auctor, suam repetiit in Sedem,
quam iterum ad tempus in communem utilitatem tam Astoricensem, quam
religionum Compostellana Provincia populorum, deferere coactus est, ut Concilio
Episcoporum ejusdem Provinciae anno 1565. à D. Crispino de Zuniga Ar-
chiepiscopo Salmanticae consulate interesset. Diem suum demum obiit anno 1571.

Didacus Sobaños, S. Ildephonsi apud Complutenses praecipui Collegii
Sodalium, unaque illius Academiae Rectorem agebat, cum sacrae Theologiae gra-
dem Doctoralem ~~gratia~~ rite suscipientem anno 1558. elegantis gratulatoria ora-
tione Alphonsus Garsias Matamoros ejusdem Scholae Rhetor Praefecti sui laudes
profecutus est. Noster revera hic est Doctor ille Sobanus anonymi Cata-
logo eorum insertus, qui cum Laelatis Tridentina Synodo interfuerant. **Is**
tamen eo perductus fuit Theologus à consodali suo D. Andrea Cuosta Anti-
te Legionensi.

Hicronymiarum S. Marci de Tentugal monasterium in magnifico quodam
sepulchro moestissima conjugis solitudine affabre extracto: cujus inscriptionem
elegiacis caaminibus à Ferdinando Gutierrez Latinam factam jam subjiciamus.

30

Hic situs est magni Jacobus imago parentis
Sylvius, humana qui mage sorte nitet.
Joannisque fuit genitoris prima proprogo
Sylvii, in his regnis Praesidis eximii.
Hunc genitrix Joanna tulit Castraea, pudici
Quam mores, pietas, stemmataque nobilitant.
Inque Tridentinam Synodum, Legatus ut iret,
Joanne electus Rege jubente fuit.
Cumque Magistratus (sibi debita premia patris
Post obitum) muneris certus obire foret:
Missus ad insignem (Lago que dicitur) urbem,
Visat an instabili pars habet ulla loco:
Mentis Lagate reficit dum sedulus urbis,
Exequitur Regis dum pia iussa sui:
Pro dolor! illius genitore superstiti, tanto
Injecere manus fata protervia Viro.
Mille et quingentos accies tu quinque Decembros
Sexque addis, ex quo est natus in orbe Deus.
Tunc obiit, lustris non dum bis quinque peractis
Septembri cum lux de nobis acta foret.
Flebilis ulla magis nunquam fuit hora, suisque
Tristior haud unquam contigit esse dies.
Morte sua lacrymas gemitus suspiria luctus
Et desiderium liquat ubique sui.
Ejus ut acta probant, spes certa est insita cunctis,
Aetherea dignam conditione fuit.
Condidit hoc conjux Villena Antonia Bustum,
Albiti Domino de genitore nata.
In qua religio virtus probitasque repulgent,
Et nitet exemplar grande pudicitiae.
Quae post fata volens charo comes esse marito,
Corporis hoc tumulo condidit ossa sua.
Ut quos vivus amor junxit, dum vita manebat,
Hic simul unanimis post sua fata liget.
Castus amor durat, nec morte revellitur unquam,
Servat at officium tempus in omne fuit.

D. F. Dominicus de Casablanca, Ordinis Prædicatorum, non
 alia de causa nostro hæc Hispanorum albo venit inferendus non alia de causa,
 nisi quia Lallavicinus Cardinalis, quoties viri memoriam eum ex Actis ali-
 isque monumentis Concilii Tridentini, cui sub Pio IV. P. III. Dominicus inter-
 fuit Vicensibus, seu Vico-Equensibus in regno Neapolitano ornatus infelis, His-
 panensem fuisse eum assecuranter dicit. Vide sis lib. 21. cap. 12. num. 4. et
 cap. 13. num. 1. Hist. ejusdem Concilii.

sup
 par
 vel
 lib
 non
 ta

far
 Th
 se
 dra
 enj

58

superius a seo laudibus sibi merita effert, ut ejus menti S. Dominici stellam haud
parvam sui luminis partem transfulisse; ~~apud non dubitavit~~ ipsumque, quem
velut oraculum auscultabat Hispania, magnum Dominicum Soto fuisse ibidem
lib. 5. cap. 3. § 4. asserere non dubitavit. Doctissimi atque notissimi Doctores
nomine ornatur a Petro de Alba, Illincita num. 68. Solis veritatis. No-
ta Doctor sapientiae nuncupatur a Nicola Orlandino l. p. Hist. Societ. lib. 15. n. 84.

Ferdinandus Duarte, Hispalensis forte, ubi cognomeni sujus
familia opibus, nobilitate, atque honoribus ea tempestate, valde florebat, sacrae
Theologiae Doctor, et ob doctrinae morumque praestantiam Tridentum
se ad Concilium Oecumenicum, Julio Papa III. in Petri Romana Catho-
dra sedente, contulit D. Gasparus de Zuniga et Abellaneda, Segobi-
ensis Antistitis Theologus.

12
D. Ferdinandus Franciscus de Avalos & Aquino,
Piscariae Marchio, & Balthi Comes, Velleris auxei torquatus Eques
Insubriae Moderator, vir rebus et bello fortiter et pace prudenter gestis
clarissimus, nec splendencibus nobilitatis radiis, quos ab Hispania
gine ~~oblatos~~ ~~reductis~~ ~~sanctis~~ ~~strige~~ ortos ducebat, nec praeclearis erga
Hispaniam promeritis, quibus ~~plura~~ Regum nostrorum animos sibi pluri-
mum devinxerat, ~~hinc~~ hoc in albo foret à nobis laudantibus, nisi ~~una~~
erga Nationis partes in Tridentina Synodo gloriose sustinisset. Cum enim
acidi prestolarentur Patres inibi degentes Principum Christianorum Ora-
tores, qui dignitatem una auctoritatemque Synodo conferrent, Philip-
pus Rex Catholicus iuxta ac potentissimus, ut sua ~~dignitate~~ Regnum-
que suorum dignitati, et sacrosanti Concilii amplitudini responderet il-
lus Piscariae Marchionem pietatis studio inflammatum transmisit. Excep-
tus est iste in generali Coetu 16. Maii 1562. ubi literas et mandata Re-
gis protulit, quibus incredibile illud suum erga Sanctam Synodum stu-
dium, insitamque ac quasi innatam Religionis pietatem testabatur. Post-
quam autem Ferdinandus breviter cum Legatis egit de iis quae in Regis sibi
mandatis fuerant injuncta, ~~cessit~~ ad suam Mediolanensem administratio-
nem confestim regressus est. Solum etenim Tridentum ~~per~~ à Philippo Rege lega-
ti tempore legationis contulerat, ne id officii ductius protraheretur, deman-
da cura legationis continuis apud Synodum Lunensi Comiti, idem munus
in Caesaris Aula hinc temporis obeunti. Avalos deinde Siciliae Regnum
eiusdem Philippi nomine prudentissimè administravit, magnamque sibi apud
Siculos, et apud omnes rerum ab eo optime gestarum aestimatores, gloriam donec
è vitis excessit ~~in~~ ~~inter~~ ~~ipsos~~ Siculos exunte Julio an. 1571
ubique comparavit.

D. Ferdinandus de Loazes, Oriola in Valentiniis ortus, literis operam, maxime legalibus, Bononijs in sodalitate Hispanorum ab Aegidio Alboano Cardinale constructo procul navavit a patria; sed quas ipsa quidem in sta civium atque exterrum, largiore cum commendatione venire fecit, honestissimus Ecclesiastica rei muneribus in hominem doctissimum, et utriusque Juris Doctorem, quandiu in vita fuit, Collatis. Cum Ticini etiam jus docuisset, ut scriptum alicubi legitur, patrio civium fiscalium documentorum Valentia primo apud Sacros Judices temerata religionis exerceat: postea et ipse sedit ipse Judex in consimili Latium Barcinonensem Senatu. Caroli dein Caesaris postulatione ad Elnensium eiusdem Cataloniae trachis Ecclesie, pauloque post ad Ilerdensis apicem evectus, Tridentina Synodus sub Julio Papa III. interfuit. Sub Philippo vero II. rerum patrimonialium jam de mino ad Dexterae etiam thronum conscendit. Antistes quoque Tarraconensis anno 1560. creatus, velut exhaustus dignitatum album, quas provincia ista in tam bene de se meriti premium vni conferre poterat. Quare Philippus talium hominum honestator providentissimus Provincialis Concilii Secretis Tarracome an. 1564. in capite Barcinoneque absoluti ipsi insignem, Patriarchatu necnon Antiocheni (que dicu causa decerni hodie solet maxima olim totius Orientis dignitas) a S. Pio V. ornatum, ad Valentianam sedem hujus regni principem in Martini deuez de Aya-la recentis defuncti locum ut transferretur effecit IV. Kal. Majas 1567. Nec an- rum tamen complere eum in hujus muneris administratione mors permisit, Februarii nempe sequenti anni ~~ultimo~~ 29. die ad meliorem, nec ultra interituum diem vocatum. Joannes frater germanus sodalis Predicatorum ad Oriolanum sui Sordini Collegium exerevrat fratru, a quo extracta hac domus fuerat, postulat. Nec multo post a. l. manus domesticorum venerunt nuncupata ei, quem adhuc esse in vivis credebant, literis Cardinalium Alexandrini et sancti Clementis, Lii Pape V. propositum conferendi ei quantoque ad postulationem Regis Lusitatorum daturum insipia renuntiante. Vivus edidit — Tractatum in causa Maximomii Seremissimorum Domyror. Henrica et, Catharina Anglia Regum. Barcinone apud, Casolum Amore sum 1531. in folio.

De Matrimonio Regis Angliae Henrici VIII. et Catharinae Austriae
libra apud Clitubulum Amore sum 1531. folio.

Super Rubricam et integram Titulum Institutionum De iustitia et iure: ut est in Indice Scriptorum Juris.

 Quae in munere tantum Georgii prudentia, ~~etiam~~ rerumque Lusitaniae usus valuer-
 re, ut non parum adiumentum adhibuerit Regi prudentissimo ad recentium sub-
 ditiorum animos ~~plura~~ beneficiis, liberalitate, justissimisque latè legibus sibi devinci-
 endos, novam necnon Castellanae dominationem aequo animo sustinendam. Ad com-
 pensandum ergo haec aliisque quamplurima viæ pro lege Regiae publicae exercita offi-
 cia, Generalem apud Lusitanos Inquisitorem exequente anno 1599. Philippus III. eum con-
 tituit, et Clemens VIII. Pontifex diplomate suo 2. Januarii die anni sequentis signato
 libentissime confirmavit. Georgii nostri non absque laude meminere V. Ludovicus
 Granatensis 2. part. Symboli lib. 2. cap. 32. §. 8. num. 10. et §. 13. Hieronymus
 Conestabularius de Portugalliae et Castelle conjunct. lib. 8. Ludovicus Cabrera in Philippi
 II. Hist. pag. 112. et 1138. Mendez Silva in Catalogo Regis Genealogico. Car-
 dinal. Sallustianus in Concilio Trident. Hist. lib. 15. cap. 15. num. 11. et lib. 18.
 cap. 1. num. 1. et 2.

0 m
F. Georgius à Sancto Jacobo, Lusitanus, ordinis Prædicatorum
sacrae Theologiae Doctor Sorbonicus, Olyssiponensis Inquisitionis ex Io. Nobem-
bris 1540. Judex, et in illius urbis Dominicano cœnobio Theologiae Magister. Tu-
dentum ad Oecumenicam Synodum primo à Paulo III. congregatum à piensimo
Joanne III. Portugallie Rege unâ cum Hieronymo ab Oleastro et Casare à De-
gibus ejusdem instituti sodalibus missus, ad Tridentinos PP. habuit luculentam
Orationem Dominica I. Quadragesimæ 27. Februarii 1547. quæ typis Pa-
risiensibus edita extat in Collectione Labbeana Conciliorum.

D. Gregorius Gallo, Burgis anno 1512. in lucem editus, patrem
habuit Didacum Lopez Gallo Burgensem civem nobilitate clarum, germanos
vero fratres Ferdinandum Lopez Gallo, Ubetensis Beatiensisque urbium Præfec-
tum, à Gundisalvo Argote de Molina in Nobilit. Batice lib. 1. cap. 19. unâ cum
Gregorio nostro laudatum, et Joannem Gallo, Dominicanum, mox à nobis laudan-
dum. ~~Ubetensis~~ Domini optimis moribus, et Latina lingua*, Salmaticam ad-
iit, Philosophicam atque Theologicas disciplinas ~~comparaturus~~: quas quidem eo
didit ~~comparavit~~ studio, tantaque perfectione, ut quam plurimos in scholastico pulvere tri-
umphos, Magistratus lauream Theologicam, et sacrae Scripturae cathedram perpetuo
regendam ingenti omnium plausu reportaverit. Tridentinae Synodo inter celeberrimi-
mos Hispaniae Theologos, eo à Carolo Cesare et Philippo Spaniae ejus filio destina-
tus, anno 1552. sub Julio III. Pontifici summo adesse meruit. Verum ob celerem
sacri illius cœtus bellorum causa suspensionem Salmanticam regressus, et rursus dona-
tus est, et Salmanticensis Ecclesiae Scholastica, quæ celeberrima illius Academiae mu-
nus Cancellarii conjunctum habet. A sacris hinc Confessionibus Elisabethae Valis
Hispaniae Reginae à Philippo conjuge adhibitus minister, Oriolensis Ecclesiae catho-
licae hunc primum, ipso postulante, à Pio IV. 14. Julii 1564. erectam, biennio post de-

* imbutus

† ibi

77
Martii 22. primus Praesul reoderandam suscepit. Ad Segobiensem sedem an-
no 1577. translatus, facto ibi cessit 25. Septembris die an. 1579. Indeque exu-
bita Burgos deportate fuerunt, et in Capella S. Gregorii apud caenobitas Domini-
canos cum aliis majorum suorum recondite. Scripserunt clarissimi huius
viri res gestas Colmenares in Historia Segobien. urbi, Aguilus Gonzalez Da-
vila in Theatro Eccles. Segobien.

**D. Guillelmus Cazador, Catalanus, perpetuus Abbas Sancti
Felici's Gerundensis, alterius Guillelmi Cazador, sacrae Rota Romanae XII.
Viii, Barchinonensis Praesulis, atque nonnullis pro Apostolica Sede personis le-
gationibus conspicui, aliqua ex parte nepos, Barchinensis anno 1561. reuocatus
Episcopus, in Italicam viam illuc se se commisit, ut Tridentino sacro
sancto Conuentu, ex uniuersi Christiani orbis Praesulibus a Lio IV. illic evo-
catis constatu, his sacrae infulsi redimitur ad esset. Unde post dimissionem
generalem illum coetum ad suos veniens, Concilio alteri Provinciae suae ad
Tridentina amplectendum Decreta Tarracone anno 1564. ab huius sedis Ar-
chiepiscopo D. Ferdinando de Soaces convocato, interfuit, sanctionibusque
in eo stabilitis pro morum reformatione Barchinone, quo translatum et posteriori
anno finitum est, lubens subscripsit. Obiisse tandem Cassadorem anno 1570.
alicubi legitur.**

76
eque pietati dari documenti diem suum obiit in oppido ditonũ sua Zam
2050). Apulũ an. 1559. Jacet in illustri Capella familia sua prope Eccle-
siam Matritensem D. Andree Apostole sacram sub hac inscriptione e mateane
sermone in Latinum conversa.

Hic jacet bona memoria illustrissimi

D. Guterii de Vargas

Vargas Carvajal, Episcopi

Olim Placentini, secundæ prolis

Licentiatũ Francisci de Vargas,

Regum Catholicorum

Joannaque Regina Consiliariũ.

Ad Dei honorem et gloriam restauravit

Hanc Capellam, atque unius majoris

Sacellani, duodecimque minorum

Dote ornavit.

Obiit anno 1559.

Ejus res gestas literis mandavit Egidius Gonzalez Dabula in The-
atro Eccles. Placent. F. Alphons. Fernandez in Annalib. Placent. Petrus
Quintana in Hist. Matritensi, Petrus de Salazar et de Mendoza in Chron.
Magni Hispaniæ Cardinal. lib. 2. cap. 1. P. Bartholom. de Alcazar in Chro-
no-Histor. Provinc. Toletana Societat. Jesu pag. 230. Decad. 2. cap. 2. Nuanus
Cardinalis Cienfuegos in Vita S. Franc. de Borgia lib. 4. cap. 11. Petrus Ribade-
neira lib. 4. Vita S. Ignatii cap. 10.

47
Hercules Pagnanus, Italus licet natus, Mediolanensisque ci-
vis, catalogo nostro Hispano-Tridentino adscribi dignus habetur, eo quod
Ferdinando Francisco de Avalos et Aquino Piscaria Marchioni a se-
cretis fuerit, non modo in Mediolanensis Status suprema moderatione, sed
et in solemnibus sua Philippi II. Hispaniarum Regis nomine ad sacrosan-
ctum Concilium Tridentinum Legatione. Ea enim peracta, et Oratore Me-
diolanum ad suam administrationem regresso, Pagnanus Tridenti perman-
ere iussus est actor et administrator Marchionis Piscariensis: deindeque
quam opus alioquin esset illic detentus, adhuc post accessum Lunensis
Comitis, cui legatione continuam apud Concilium in Catholicis Rege concedi-
rat, ut salubres in eum sensus affunderet, omniumque rerum ad Hispani-
cam dominationem spectantium statum ac ordinem per lucide edoce-
ret.

^a Tabora

D. F. Henricus de ^{Brito} ~~Tabora~~, Lusitanus, quem nonnulli familiae
 de ^{Brito} ~~Tabora~~ inique adscribunt, à Sancto Hieronymo ~~post~~ post solemnem emis-
 sam ~~professionem~~ in Ordine Praedicatorum professionem plane cognominatus, Libera-
 lum Artium Magister audiebat, cum ad S. Synodum Tridentinam, quò eum
 socium et Theologum clarissimus ejusdem instituti vir Bartholomaeus à Martyribus,
 Brachraensis Antistes secum adduxerat, Dominica I. Quadragesimae 1562. concio-
 natus est. Patrie restitutus ea integritatis doctrine ac morum vixit laude, ut
 Cochinchensis ~~primus~~ Episcopus, tandemque Archiepiscopus de Goa apud
 Lusitanice Indos reventuram mexuerit. Virum dignis laudibus ornare
 Antonius Senensis in Chrono. Ordin. Praedicat. ad an. 1550. et tres Lu-
 dovici V. nempe Granatensis, Sousa, et Muñoz in Vita laudati Bartholo-
 mai à Martyribus, sub cujus disciplina et magisterio noster Brito ~~optimos~~
 suorum virtutibus atque ~~literarum~~ fecerat progressus. Scripsit

Orationem de ~~Storia~~ Calamitatibus Ecclesiae ad Tridentinos Patres
 habitam Dominica I. Quadragesimae 15. Februarii 1562. quae seorsim
 Buxiae praelum pressa est: cum aliis deinde Lavanii atq; Parisiis.

F. Hieronymus Brabo, Ordinis Praedicatorum, in percelebrari D.
 Thome Aquinatis ~~de~~ hujus familiae apud Hispanenses Collegio sodalis, ea doctri-
 na floruit laude, ut sacrosanctae generali Tridentinae Synodo adesse dig-
 nus sit habitus inter praecellosos Theologos, eò à summo Pontifice Pio IV. suo
 Sedisque Apostolicae nomine designatus. Memores ejus fuerunt ex Domestici
 Fontana in Theat. Dominic. 2. part. tit. 15. et Josephus de Mariana
 in Opuscul. de Dignit. Philosophiae acclamata art. 2. num. 3). ex extra-
 neis Sportia Cardinal. Lallavian. in vera Concilii Trident. Hist. lib. 18.
 cap. 14. num. 1.

D I Hieronymus de Judio

Hieronymus de Judio. In hoc libro Hieronymus de Judio
 tractat de vita et moribus Judio. In primo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In secundo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In tertio libro
 tractat de vita et moribus Judio. In quarto libro
 tractat de vita et moribus Judio. In quinto libro
 tractat de vita et moribus Judio. In sexto libro
 tractat de vita et moribus Judio. In septimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In octavo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In nono libro
 tractat de vita et moribus Judio. In decimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In undecimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In duodecimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In trigesimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In quadragésimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In quinquagesimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In sexagesimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In septuagesimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In octogésimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In nonagesimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In centesimo libro
 tractat de vita et moribus Judio.

Hieronymus de Judio. In hoc libro Hieronymus de Judio
 tractat de vita et moribus Judio. In primo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In secundo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In tertio libro
 tractat de vita et moribus Judio. In quarto libro
 tractat de vita et moribus Judio. In quinto libro
 tractat de vita et moribus Judio. In sexto libro
 tractat de vita et moribus Judio. In septimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In octavo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In nono libro
 tractat de vita et moribus Judio. In decimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In undecimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In duodecimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In trigesimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In quadragésimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In quinquagesimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In sexagesimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In septuagesimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In octogésimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In nonagesimo libro
 tractat de vita et moribus Judio. In centesimo libro
 tractat de vita et moribus Judio.

F. Hieronymus Oleaster, civibus suis Lusitanis de Azambuja dictus, patriam habuit forte Azambuja oppidum Tago flumini adjacens, ipse in regio monasterii, cui a pugna cum Castellanis commissa nomen a saeculo XIV. inditum est, Dominicanorum fratrum gestamine anno vigesimo supra millesimum et quingentesimum induto, egregie quidem ad germanam Biblicae Theologiae professionem se, sum Magisterii sacra laurea ornatum, tum et alii haud vulgaribus instructum praesidiis comparavit. Graeca enim lingua, atque adhuc magis Hebraica compos factus, schola ad haec questionibus probe exercitus, adyta sacra in fontibus lingua ipsius sanctae non iniecit tantum, sed derivare in omnium usum fideliter voluit. Ea interim doctrina fama clarescere jam vulgo fuit existimatus, ut a domestica literarum occupatione transferre se anno 1545. in Italiam debuerit, ad Oecumenicum Concilium tunc primum in Tridentina urbe celebrandum, una cum duobus aliis familiae suae Theologis eminentissimis, Gaspare nempe de Reis, et Georgio a Sancto Jacobo, a Joanne Rege Lusitanorum tertio destinatis, quorum nulli inferior ipse apparuit: cumque struere variis per vias difficultatibus adhuc distinerentur, solus Oleaster, ob egregios in exponendo Pentateucho labores illustis, uti eum compellat Cardinalis Lallavicius lib. 6. Hist. Conc. Trident. cap. 1. num. 12. ad primum, post Synodi apertionem, caelum pervenit 18. Decembris die habitum, delatisque Reptis literis, quibus religiosissimus Monarcha suum promovendo Concilio animum paratum praemonstrabat, petiit Oratoris locum. Latres, (inquit ibidem laudatus Cardinalis) ac hi reverenter patris Regiae pietati, discussaque literarum senectute, a mandata Oleastro personam ac potestatem Oratoris, ex verbi Regis neuliquam elicuere, adeoque nec illius postulato consensere. Nihilominus equum ipsi visum est, ut quando unicus ex Lusitanis adesset a Rege tam pio missus, et tot virtutis sua dotibus ornatus, praecipuus aliqui honor illi tribueretur, uti factum est. Inde reversum idem Rex in Africa Pontificem Insulae S. Thome runcupavit, sed frustra: tergiversantemque bona gratia in charissimum ei literarum otium remisit. Nec diu post ab Henrico S. R. E. Cardinali, qui tunc temporis supremam rerum Eidei praefecturam administrabat, violatae religionis Judex delectus Eborensibus a die 2. Septembris 1552. Ulyssiponensibus dein ex quarta Octobris die 1555. integerrime jus inter alios dedit. Ad quem Henricum Lusitaniae tunc Infantem, mox vero Regem directa velut patris in gratitudinis pignus ab eo sunt intra non multum tempus —

Commentaria in Pentateuchum Moysi, hoc est, in quinque primos Bibliorum libros: quibus iuxta Magistri Sancti Lagni Lucensis interpretationem Hebraica veritas cum ad genuinum litera sensum, tum ad mores informandos ad unguem enucleatur. Ulyssipone primum 1556. in folio, deinde Antuerpiae apud haeredes Stelsii 1569. fol. mox Lugduni 1586. fol. apud Letrum Landry, et anno 1589. Parisiis autem ibidem anno 1568. Is autem auctor (Possevinus in Apparatu inquit) praefixit Articulus XVII. ad Sanctarum Scripturarum faciliorem intelligentiam. Hebraismos item, sive phrasas Hebraeae linguae peculiares. Ad singulorum autem capitulum expositionem exhortationes adjecit utiles, commodas, doctas. Quia nempe haec Sancti Lagni editio ceteris omnibus (ut Oleaster ipse ait) quas licet videre, germanis Hebraicum fontem referre videtur, eam pro ceteris interpretationem delegit, non tam illam quam in illa Hebraicum contextum exponitur. Qui item —

In Isaiam Commentaria, opera Petri Calvi Dominici sodaliti in Gallia edi-
ta sunt Parisiis in fol. 1623. post antiquiorem aliam ejusdem regni editionem
item anno 1656. apud Cambricum in fol.

Absoluta, editionemque spectantia ejusdem tenoris Commentaria in Regum
libros, in Psalmos, in Hieremiam, duodecimque minores Prophetas reli-
quisse dicitur; in reliquos autem Bibliorum libros quidquam elucubrasset. Quo-
nia in schedis M.SS. adhuc, vel lineas, quod indignum, vel aliorum libros, quod in-
justum est, magno omnium dolore, qui huius delectantur literis, jacent. Eiusdem
necnon est -

Oratio habita coram Tridentinis Patribus, dum primum eorum coetus
18. Decembris 1545. adfuit; Memoria edita Epistolae apud Odoricum Rainal-
dum t. 21. Annalium Ecclesiasticorum ad illum annum. Obiit Oleaster ante
impletam provinciam suam Lusitanam profecturam, in qua Ludovico Granaten-
si summo illi viro, nunquam sine summa praeconiis laudis nominando, succenturi-
tus fuerat, anno 1563. Consule, si vis, reliquas Oleasteri laudes, quibus Auctor
memorata Hist. Concil. Trid. eum affuit, lib. nempe 6. cap. 5. num. 5. lib. 9. cap.
5. num. 2. alibique.

†
cujus pars praeci-
pua

22
- D. Joannes Antolinez Brecianos de la Ribera, in Medi-
na Campi ortus, Juvenacensis in Regno Neapolitano 28. Octobris 1549. saluta-
tus Episcopus, Tridentinae Synodo sub Pio IV. interfuit usque ad ~~optatum~~
illius finem. Mox vero Ecclesiam, quam per viginti quinque fere annos rectif-
sime administraverat, Catholico Hispaniae Rege summoque Ecclesiae Laetore
annuentibus, adversa valetudine laboribus ac senio confectus libere dimi-
sit, et Neapoli, quae seceperat, patris post diem extremum vidit.

Joannes de Arce, sacrae Theologiae Doctor, et Laurentinae Ecclesiae
Canonicus, vir sane et morum innocentia et sacrarum literarum peritia spe-
tabilis, harumque merito doctorum dignus fuit existimatus, quem Carolus Caesar
ad Synodum generalem Tridentinam a Julio III. Pont. Max. revocatam inter His-
panos Theologos praecipuum destinaret. Cujus honoris perspicuam fidem faciunt
Cardinal. Pallavicin. in illius Concil. Hist. lib. 12. cap. 1. num. 1. Odoricusque Rey-
nald. in Annalib. Eccles. ad an. 1551. num. 40. Post Synodi suspensionem Pa-
lentie restituta, praematura ~~mortuorum~~ arripuit mors, et in sacello S. Gregorii
a se dum viveret in principis aede magnifice exornato, doteque haud exigua per-
petuo attributa amplius insigni sepultum. In omni doctrinae genere eminentissi-
mum Joannem appellat nostrum Cardinalis de Illesca, Historiae Pontifical. alte-
ra part. lib. 6. cap. 28. dum ejus consilio initium suscepti laboris acceptionem refert,
mortemque illius priusquam opus absolveret lachrymatur. Ipsum praeterea laudant
Archidiaconus del Alcor in Memoriali Temporum, et Petrus Fernandez de Pul-
gar lib. 3. Hist. Valent. cap. 42. §. 5. ubi Joannis opus fuisse credit librum

El Consuetudinario vulgo appellatum: Itemque

Brevem notitiam Antiquitatem Laurentinae urbis: nonnullas ad haec Epistolas
Breviaris sacraeque Officii Laurentinis illius Ecclesiae Praesulum praefixas.

F. Joannes Baptista Burgos, Valentinus, ex sodalitate Augusti-
niano, qui in Registris, ut vocant, sui ordinis ad annum 1544. integra vite et
doctrina non vulgaris homo, suavissimisque moribus praeditus audit, Junis Cano-
nicus, sacraeque Theologiae Doctor, coenobium Valentinum, denique Aragonensem
provinciam orationis moderatus est. In Concilio hic Tridentino, una cum aliis fa-
milis suae Theologiae ei destinatus, ad Patres ibi congregatos habuit -

Concionem Evangelicam de quatuor extirpandaum omnium haeresum praeci-
puiis remediis, Dominica III. Adventus Decembris 1562. qua inter Orationes
ad eundem Tridentinum Coelum habitas, Brixiae Lovanii Lausisque editas, ho-
die conspicitur. In vivis adhuc erat Valentinus Professore publicum sacrae Theologiae Anno 1574.
in Academia illa agens, S. Inquisitionis simul Consultorem et Qualificatorem, pro
Venerab. necnon D. Joanne de Libera Patriarcha Antiocheno et Archiepiscopo Valen-
tino litterarum imprimendorum Examinatorem et Correctorem.

Joannes de Barcelona, sub Pio Papa IV. oecumenicam Tridenti-
nam incoluit Synodum, ~~perducitur~~ a D. Petro del Frago Usellensi tunc
in Sardinia Episcopo ob integritatem vite et Theologicae doctrinae prestan-
tiam illuc perductus.

D. Joannes Bernardus Diaz de Luco, Hispalensis natu, quon

sibi patriam ipse asserit in proœmio Indiciis Repertorii operum Joannis Didaci à Segura: quod proœmium editio princeps et antiqua præfert, ut credere ijs, qui Luco prope Victoriã urbem oppidulo magis favent, minus nos debeamus, qui tam idoneo teste nitimur. Extra matrimonium parenti natum eum fuisse, scriptum reliquerunt Joannes de Rojas in Tract. de success. ab intest. cap. 13. num. 19. et Ignatius Lopez de Salcedo in Addit. ad Praxim ejus Canonicam cap. 14. Sacerdotium obtinuit etate adhuc senexa in Huelva ditionis sacre Hispalensis municipio, quem etiam locum natales ejus sibi adrogare alicubi legitur. Salmantice operam literis dedit, Grecam eruditionem Latina adjungens: cujus et Græca lingua præfessorem ibi extitisse, nec Hebraicam ignorasse dicitur. Frequentior tamen in Juris studio esse volens, ad quod natura vocabatur, tam Lantipheum quam Casarci libros avidissime aggressus est: brevique Decretorum Doctorali laurea insignitus in florentissima Oscensi apud Aragonenses Academia, mense Maji an. 1525. uti in Regula 219. versus finem palam ipse fatebitur. Salmanticam regressus, doctrine gradum et existimationem in eo gymnasio alius eminentiorem obtinuit. Vicarium exercuit aliquando munus Ludovici Beza de Vaca Salmanticensis Episcopi, quo eodem tempore Jus de loco superiore interpretabatur. Joannis hinc Cardinalis Tavera Archiepiscopi Toletani domum evocatus, idem vice ejus Ecclesiasticarum causarum in Curia Archiepiscopali arbitrum habuit. Indicia tunc temporis expeditionis progressus majorem quandam sibi adhiberi curam postulabat. Quod commodum accidit: nam inter alios novi Senatus Patres, cui pacis rebus annis hoc negotium commandatum fuerat, Carolus Imperator Joannem notitum excellenti vitæ probitate, gravissimis et integerimus moribus virum, et ad que tractanda idoneum anno 1531. allegit. Idemque Cesar hanc novi Orbis curam jam tredecim annis gerentem, sacrisque inter hæc initiatum, annuente Paulo III. Pontifice amplissima Calaguritanæ Ecclesiæ præfesse voluit. Indicta sub idem tempus Tridenti celebranda, sacrosancta generali Synode à laudato Ecclesiæ Præsidente inter primos, quibus jus et potestas adeundi, et sententias in ea dicendi inerat, Tridentum noster Calaguritanus accessit, gravissimè semper deliberationibus adhibitis præter se remanentem gratia, quibus in eo Christianæ Religionis theatro non minus sapientia non minus laude quam morum innocentia spectabilis, commoratus est cum sub Paulo III. quàm sub Julio quoque III. commemoratus est. Illud quidem in confesso apud omnes est, Sedi suæ restitutionem crebra sollicitudinis non vulgari super commisso grege, morumque severitate, qua sacrosancto muneri adætur, argumenta edidisse, quatuor ad id præsertim habitis sue Diocesis Sacrosanctæ Synodis, ut ipsemet testatur in Voluminis selectæ Synodaliū Constitutionum à se editæ proœmio ipsemet testatur. Quo ipso tempore doctissimi quique Hispanorum atque gravissimi meriti cum integritatis doctrinaque laudibus, meminisse illius ubi contingeret, extubrant. In his sunt Martinus ab Algizcuera Doctor Navarrus,

fama est, atque

nomine

+ septennium integro

classif. vir D. Covarrubias lib. 1. Variar. c. 11. n. 5. et part. 2. l. 4. c. 6. n. 14.
 O. Plaza de Delicias cap. 1. n. 29. Doct. Salcedo in Additionib. ad cap. 4. Pra-
 xis Criminal. Joannis nostri tit. B. Cenedo in Collectan. 32. ad Decretal. sup. cap.
 5. aliquis de homicidiis n. 3. Stephanus Garivas in Hist. Hisp. atque alii, a
 virtute laudari summe, honestissimum quoddam genus laudis est. Nec tamen
 fructuosus Joannis Bernardi lecturas fraudatio extororum hominum ejus incertam
 et doctrinam quasi certam excellentium testimonis. Joannes Vasæus Belpa de Mi-
 rabilib. elij. cap. 20. dum de Calagurri sermonem instituit, hisce absoluit verbis: Nona
Episcopum habet Dominum Joannem Bernardum virum ob insignem vitæ integritatem
et singularem eruditionem, editis jam libris, celeberrim, ea dignitate multo dignissimum.
 Petrus Rebuffus in Praxis Beneficior. part. 2. tit. de dispensat. ad plura benefic. n. 60.
 Reveren. Patrem et egregium Episcopum Do. Jo. Diaz de Lugo appellat. Aloysius
 item Simonius Seronensis tuæ Episcopus, et non multo post pro Julio III. Concilii
 Tridentini Praeses, volumen primum operis sui De Vitis Sanctorum Joannis nos-
 tro Episcopo anno 1550. Italus Hispano nuncupavit. Causas audi. Sive enim
illam Christianam tuam pietatem et charitatem, qua inter omnes emines, si-
ve sanctum zelum, quo continue exarsuas, ut Dei Ecclesia in pristinam effigi-
em restituta sancta et sine macula rursus resurget, sive demum Angelicos
tuos mores intueor, quibus in terris agens, in caelo jam conversaris, omnia
haec inquam, &c. et mox: Sed illud me impulit in sumis, quod te Sanctorum
illis mixtam in modum affectum videam, egregiamque navare operam, ut quo
plures invenire possis, plurimas tibi comjares &c. Prostat nuncupatoria haec epis-
 tola in principe editione Veneta anni 1551. quam absoluit auctor, eundem
 nostri seculi Antistitem splendidissimum lumen appellans. Haec vir ille cla-
 rissimus, honorem hunc habens Joanni Bernardo nostro, qui secundam operis
 partem Julio III. Pont. Max. tertiam vero Joanni III. Portugalliae Regi, apud quem
 legationis Pontificiae munus olim obierat, erat nuncupaturus.

Opera ejus ad munerum gestorum rationem exegit Alexius Vanegas Toleta-
 nus in nuncupatione perdocti operis De Differentiis Librorum nostro facta. Pro
 singulis enim occupationibus scribendi argumentum, quod ipsidem esset conven-
 entissimum, sibi que et aliis opportunum et utile. Resumere consueverat. Tam
 rectus æconomia uniuscujusque muneris, quod gereret, estimator atque
 peritus fuit persequutor. Ea sunt vel Latina, vel Hispana: Latina hæc-

Practica Criminalis Canonica, in qua omnia flagitia, quæ à Clericis com-
mitti possunt, & ubi eorum operari debentur, flagitia, una cum penis eorundem mino
 Compluti apud Joann. Brocar 1554. in 8. Lugduni apud Rovillum eodem an. 1558.
 et 1569. in 8. Ingolstadtii 1577. Venetiisque 1581. 8. Hanc Joannes Helvetius ex-
 ter homo cum Annotationibus propriis subjecit malo Antwerpensi 1568. Ignatius
 etiam Loyce de Salcedo juris Pontificii primarius in Academia Complutensi Pro-
 fessor eandem Scholiam doctissimè locupletiore reddidit, edique curavit
 Compluti apud haeredes Joannis Ozaham 1594. fol.

† prope modum
 & flagitia
 ac iudicio singula
 ni complectent.

Regula Juris cum suis ampliationibus et restrictionibus. Compluti apud
Guilielmum de Millis anno 15... et iterum 1569. Lugduni una cum Practica
Canonica 1554. 8. Additiones quoque hui fecit Doct. Ignatius Lopez de Sal-
cedo.

Repertoria ad Didacum Segura et Joannem Lopez de Salacios - Rabros op-
ra.

Antidotum desperationis, et Christianae Spei robur ex variis Sacra Scrip-
tura et Sanctorum locis excerptum. Salmanticae apud Andream de Pontro-
naris 1553. 8.

In Isaiam grandiore volumine commentasse, Vitaque Sanctorum, Tieden-
hi agens, conscripsisse dicitur.

Colloquium elegans et plane pium, exactissimam ab Episcopii post obitum
exigendam rationem, non minus graviter, quam lepide representans. Paris-
siii 1541. 4. ex officina Guilielmi Postozeli.

* 1543. 4. Jusm Cardin.
Tavera Archiep. Toletan.
in cui opus nuncupat
vit.

Vernacula haec sunt: Aviso de curas más provechosas para todos los que
exercitan el oficio de curar animas. nueva. añadida. Compluti apud Brocaram
Aviso para todos los Curas de Animas, en el qual se declaran muchos ofi-
cios, que requieren gran cuidado y suficiencia, que se encierran y acetan
en el oficio de curar animas. Compluti apud Michaelen de Guira 1539. 4.
Ibidem 1545. 4. Casaraugustae 1547. Medina Campi 1550. et Compluti 1551.
typi Joanni Brocar. Italicè vocat Joannes Tascagnota, ediditque Brixia apud
Thomam Bozzolam 1562. in 12.

Aviso más provechoso para todos los Religiosos y Predicadores. Produit
mul cum superiore apud Michaelen de Guira Compluti.

Instrucción de Prelados. Librum hunc laudat inter alios Vanezar qu-
em Compluti scimus editum 1530. 8. apud Joannem Brocar.

Exortación a D. Alonso de Fonseca Arzobispo de Toledo para que celebrase
se Concilio Provincial. Huius Vanezar idem meminit.

Contemplaciones de la Virgen Maria Nuestra Señora. in 12. uti lego
apud Petrum de Alva in Sublibra Conceptioni.

Soliloquios entre Dios y el Alma; Suma brevey compendiosa, con la
qual se puede despertar el Alma Christiana a contemplar consideracio-
nes más altas. Produit 1541. in 4. Venetiisque Italicè conversum 1547.

uti se legisse in Italia anno 1646. Egidius Gonzalez Dabula in Theatro la-
taguantana Ecclesia affirmat, vitam Joanni nostri et scripta referent.

Doctrina y Amonestacion charitativa, en la qual se demuestra ne-
cessario a los Christianos ricos, que dexen de socorrer a los pobres
que tienen presentes por guardarlo para remediar los venideros, compuesto
en Latin por el Doctor Juan Bernardo Diaz de Luco, traducido por el
Arceiano de Alcor Alonso de Madrid. Ita inscriptum opusculum, sibi
laq. Navarorum apud Guilielmum de Millis 1547. in 8. editum se videt
se testatur in Biblioth. Hispana D. Nicolae Antonii.

De la Piedad. Huius libelli mentio reperitur apud Gasparum de Sa-
za Jusconsultum in Tract. de non meliorandi dote ratione filiarum in his cap-
9. Cujus (ait, cum Lucum nostrum laudasset) De Pietate libellum Huius
inco scriptum summa cum animi voluptate legi: nisi idem sit cum precedenti

Constitutiones del Obispado de Calahorra en el Synodo de Logro-
no de MDLIII. Lucroni 1554.

Ordinavit, cum Deo se anno 1535. Sacerdotem obtulisset, quatuor Missas: pro animam agentibus in extremo vite, secundam pro conversione infidelium, tertiam pro peccatorum expiatione, quartam pro navigantium indemnitate. Quorum priores duas tam recitantibus, quam audientibus semel in mense Paulus Lapa III. viginti quinque annorum indulgentiam (ita enim licere amat Ecclesia) concessit. Omnes vero editae sunt in Missali Toletano Conglutati an. 1545.

Tandem meritis plenus obiit diem suum in urbe Calaguritana Christiani huius anni 1556. Exuvias ejus memoratum jam oppidum Luco, quo libentes referimus paternam originem, sepulchro accepit.

[Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]

43
Joannes Chacon, Decretorum Doctoris, Jurisque consulti D. Anto-
nii Corrienero Almeriensis Episcopi honorifico literarum titulo venit dignoscen-
dus in Catalogo eorum, qui ~~cum~~ Episcopi Tridentinae Synodo sub Pio IV. Pon-
tificis summo interfuerunt.

Joannes Delgado, ex Villa de Pun, quae post temporalem in ^{rea} domina-
tionem D. Francisco Delgado Ciennensi Episcopo jam laudato, nostrisque, in feodo,
germano fratri à Philippo II. concessam, Castel-Delgado nudo appellatur, Cle-
mentini Hispanorum apud Bononienses Collegii Sodalis, sacrae Theologiae Do-
ctor, ~~Canonice~~ à concionibus sacri in Tudensi Ecclesia Canonicus, in sig-
na praestitit doctrinae suae, pietatis atque iudicii testimonia, cum in Genera-
li Tridentina Synodo, ad quam sub Pio IV. Pontifice accessit, D. Joanni de
San Millan Tudensi Antichris Procurator, tum in Provinciali Compostellano
Concilio, anno 1565. à D. Cayare de Zuniga congregato, cui procuratoris Tuden-
sis Capituli nomine interfuit, ~~ejus~~ negotia ejus et jura solenter intenteque
quibus expediret, curaturus. Catanenses deinde Insulas sibi à Philippo Rege
Catholico in Sicilia regno oblatas constanter manumiserit, atque animam mul-
tiplici virtutum varietate exornatam ~~Auctori~~ in Tudensi Civitate sua
reddidit Auctori.

D. Joannes Fernandez Manrique de Lara, Marchio
 III. de Aguilar, Comes V. de Castañeda, Castellæ Archi-Cancellarius, supremæ Caro-
 li V. Casaris Venator, unus fuit ex quatuor clarissimis Oratoribus, quibus primum
 idem Casar solemnem ad Synodum Tridentinam à Paulo III. P. Max. indictam conce-
 dit Legationem, datis ad id literis Barcinone die XVIII. Octobris anno 1542.
 Etsi tamen variis dissentis negotiis in Romana Curia, ubi tunc temporis Casa-
 reum apud laudatum Pontificem agebat oratorem, solum tres alii Legationis socii,
 Nicolaus, scilicet, Lerenotus Dominus de Granvella, Antonius Lerenotus ejus filius
 Atrebatensis Episcopus, et D. Didacus Hurtado de Mendoza Tridentum die 8. Janua-
 ri 1543. apparuerunt, coramque S. Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, ejusdem ac Pauli
 III. ad Oecumenicum Concilium persequamur in illa urbe de Latere lega-
 tis comparuerunt nomine Imperatoris ac suarum omnium Ditionum, non
 ideo pretermittendus est Marchio in Cataloge nostro. Quin digniorem quæ aliis quæ
 Synodo presentes fuerant, obtinere debet locum, cum ejus industria præcipue contulerit,
 cum remouendis difficillimis obstaculis, quæ ejus celebrationem præpediebant, tum
 paci inter Catholicos Summos statuta, ut ex universo Christiano orbe Oratores, Pa-
 sales, ac Doctores libere ad Concilium confluerent. Casareas postmodum obtinuit
 vices ipsemet anno 1543. nondum ~~elapsa~~ elapsa per universam Cataloniæ, Trachus-
 que Comitales Lusitanicæ atque Exitaricæ S. Francisco de Borgia Gandiensi
 Ducæ suffectus, et in eo amplissimo munere, ad decennium rectissime perducto,
 obiit Barcinone quædam Idus Octobris anno 1553. Corpus ejus Burgensem in urbem
 deportatum à suis, in sepulchro majorum apud Castellam principem Conuentus S.
 Trinitatis terre fuit mandatum. Ad Marchionis præces Aguilaris de Campo
 parochiam S. Michaelis Ecclesiam in Collegiatam secessit, datis ad id ~~romæ~~ ~~literis~~
 teris postidie Kalendas Martias an. 1542. Ipsius vitam, ex clusivi conjugio poste-
 ritatem, rerumque pacis et bello optimè gestas accurate scripsit D. Ludovicus de
 Salazar, Regius Chronographus t. I. Hist. Domus de Lara lib. 6. cap. 1.

† Paulus papa III.

D. Joannes Fernandez Temiño, in oppido la Puente de Val-
divielso ditionis sacrae Burgensis nobili loco natus, vir quidem bene mo-
ratus, et Caesarum legibus Pontificumque decretis apprime instructus jam exi-
limabatur cum eum D. Didacus de Illueros Ovetensis meritissimus Praesul,
conquisitis undique duodeviginti Scholaribus strenuam Theologiae sacrae et
Juri Pontificio operam dentibus, integritate vitae morumque honestate simul
ornatis, quoniam celeberrimum Collegium sub invocatione Sancti Salvatoris, ~~et~~
~~in~~ in maximum Christianae reipublice commodum a se non ita
gridem Salmanticae erectum incolerent ~~placuisse~~, praecipuum inter Sodales al-
legit, caelestique trabea novi sodaliter insignie ante omnes cohonestavit.
Obtenta paulo post Caesareum Jus è triennali cathedra publice interpretandi
facultate, altioribus florentissima Salmanticensis Academia gradibus vale-
dicens, Hispalensem se contulit in urbem, non ut eam modo, sed uni-
versam quoque dioecesim vice Cardinalis Archiepiscopi D. Alphonsi Ma-
rique, summi Hispanae Inquisitionis Praefecti, in spiritualibus moderaretur.
Quod honorificentissimum gloriose sustinuit munus usque ad Cardina-
li memorati obitum, acceptis interea ab eodem gremio loco sacri Hi-
spalensis Collegii Canonico Sacerdotio, Dignitateque Litoris, ut ajunt, seu
Praefecti adicularum omnium, quae per amplissimam dioecesim ab
Eremitis laicis custodiuntur. Legionensis hinc Ecclesiae à Carolo
Caesare anno 1548. adhibitus regimura, triennio exacto ipso jubente Tri-
dentum ad Generale Concilium, eò Pontificio Julii III. diplomate reso-
catum, profectus est. Indeque ad nos regressus, cum ad annum usque
1552. salutaribus monitis, innocentia vitae, praeclearaque virtutum splende-
re concedito sibi grege plurimum illuxisset, postresnum vitalem spiritum
Legione placidissime edidit.

Hunc primium, die vi-
delicet B. M. V. Assumpt.
15. Augusti 1524.

D. Joannes de Fonseca, in Toro sacri territorii Zamorensis
 urbe illustres habuit natales, quos suae aetatis factus, egregius Philosophia
 atque Theologia fuditibus ad Salmanticensem Academiam ingenii acumine
 jugi studio exculti percepti, ~~quae~~ longe reddidit praecelliores. Cog-
 itatus interea a D. Alphonso de Fonseca Archiepiscopo Toletano, cognatione
 sanguinis sociam conjuncto, in perquam celebre Collegium, quod a Salmanti-
 no pulvere ad Fartigium usque sub D. Jacobi Alphai invocatione perductum, cui-
 dam togatorum manipulo, seu sacrarum literarum ~~perite~~ eruditione, ~~in~~ ju-
 xta utriusque peritia, seu morum valde estimabilium integritate insignium
 tunc primum incolendum tradiderat, tandiu Theologica scientia ibi Professo-
 rem egit, donec ad Caesarem Aulam evocatus, Caesari Imperatori sacris
 mysteriis peragendis operam dare iussus est. Is deinde Stabienfis, sive Cas-
 telli Maris postulante eodem ~~post~~ pridie Idus Martii 1530. creatus Antistes,
 semel et iterum sub hinc Pontificibus Paulo Julioque III. Tridentina Sy-
 nodo interfuit. In qua non solum fuit praestantis doctrinae, subacti judi-
 cii, innocentique vitae apud omnes spectatus, sed ~~et~~ a Prae-
 sidentibus etiam ~~et~~ Concilii muneribus exequendis frequenter
 adhibitus, qua ad aras solemniter litandi, ut in Sessione II. celebrata 17.
 Januarii 1546. qua annona copiam, hospitiorumque justam mercedem pro ad-
 usum Tridentinam Synodi causa confluentibus promovendi, qua demum omnem in-
 dustriam adhibendi ad observandas circa divina Volumina exactas, ~~et~~
 opportune consulendum, ad formandum nimirum Decretum de Justificatione, ~~et~~
 contra Catholicam veritatem adversus novas hereses firmandum: in cuius liti-
 gata examine atque ductina strenue. Fonseca noster desudavit, ce eoque in genera-
 li Latium congregatione fusam et creditam disputationem habuit, uti Pallavic.
 Cardinal. in Concilio Hist. lib. 8. cap. 2. n. 3. scribit. De igitur ~~optime~~ ~~gesta~~ in
 utraque Synodi convocacione ~~et~~ optime gesta ad Stabiensem ~~gregem~~ honestissi-
 mos moribus, Catholicisque preceptis imbuendum regressus, non exactos eo in-
 munere nonnullos annos, ad secundum supra sexagesimum illius seculi
 Stabienfis vita dumtaxat producta est.

+ Caesare

F. Joannes Gallo, Burgensis, Gregorii jam laudati germanus frater, ad Predicatorum ordinem in gravissimo D. Pauli urbis gratiae cenobio admissus, accurati ingenii, rareque cum sacra tum profana eruditionis vir: quem ob praclaras animi dotes (ait Leo à Castro in Commentariis super Isaiam Prologo) virum unum delegit haec Academia, quem ad Regem Philippum et Pontificem Maximum Romam legatum de rebus magnis mitteret. Is certe apud Philippum Belgium, imo et integram Hispaniarum Monarchiam ex parentis adiunctione, moderantem degens, ab eodem Germaniam ad Ferdinandum Imperatorem missus est, ut ~~de~~ statu Catholicae religionis in illis regionibus perquireret, deque opportuno ad eam sustinendam remediis cum Caesare aperet. Ad vero in tanto munere cumulatissime obeundo suam liberaret fidem, in eadem Martio anni 1551. Augustam pervenit: Viennam inde Austrig à Ferdinando destinatus adivit, mox Alagonam, ac tandem Uormatiam, quo indictum fuerat colloquium inter Catholicos et Haeticos celebrandum Augusto illius anni, pro decernendo circa Religionem aliquo ex quadam media prius ad conciliandam concordiam proposito. Selecti fuerunt utriusque duodecim ad hoc in congregatione sanctendum: ceterum cum in limine disputationis sentem ex selectis à Protestantibus male animatis erga concordiam primam conditionem à Nauburgensi Gyrogo Julio Flacio, qui pro Caesare congressui praeerat, eminentiam repugnasset, reliqui quinque socii discessere, postea ipsi pro parte Catholica electi, à quorum numero Joannes noster ~~erat~~: ac postmodum soluto congressu in Hispaniam redierunt, sacram Theologiam in Salamanca Academia, cuius amplissimum Consensum delato sibi Magistrali apice non parum nobilitabat, pro munere professurus. Theatrum hoc quantumvis magnum utilissima viri amplectendae sapientiae perangustum fore secum reputans Leo Philippus, ad aliud ~~maximum munus~~ orbi Christianam complectens amplitum Magistrum Gallo misit, ad Concilium nempe Tridentinum summum à Pio IV. Pont. Max. convocatum, ut ibi posset ~~adhibere~~ ab utroque sibi comparata mentis acie usque studio omnigenae eruditionis incrementa longe lateque diffundere. Luculentam sane ad Patres in Synodo congregatos habuit -

implerat

* ipsius quatenus Castellae Regis Theologum agens,

* reverè maximum vorèque augustissimis universi

Orationem de Laudibus D. Thomae Aquinatis sanctissimi Do-
toris, ex sacro Praedicatorum ordine, die festo ejusdem Doctoris Angelici
Matru 1563. Brixia editam eodem anno, sexagesimèque demum; Lovanii 1561.
Parisii 1661. Matritensibus quoque typis iterum editam anno 1652. recu-
sa conspicitur cura Gundisalvi de Ariaga, Dominicani, Buzensii, in ejus
opere incognito D. Thomae, Doctor Angelicus in morte ab Ecclesia honoratus
altera part. pag. 526. In schedis reliquit -

Itinerarium suum Tridentinum, quod pro se adducit idem Ariaga
in memorato opere lib. 1. cap. 6. n. 14.

De Ratione suscepta legationis pro Academia Salmantina. Exstitit
se opus hoc olim in Bibliotheca Comitis Ducis de Olivares, ex ejus catalo-
go Roma in Barberina observato monet in sua Hispania D. Nicol. Antonius.

Lecturam super librum IV. Sententiarum: aliisque. Decepsit Sal-
manticae anno 1577. Reliquum est, ut subjiciamus aliorum de eo prolata
testimonia. Michael de Medina, Franciscanus, in Praefatione editionis Com-
mentar. Joannis Fari in Joan. dum Doctores facultatis Theologicae Salmanti-
censis recenset, qui opus praefatum juxta Catholicam veritatem censuræ
correctum, ad nostrum deveniens ait: Joannes Gallus, Praedicatorum Theo-
logiae Professor, et quondam in Concilio Tridentino Regis Philippi Theologus
praestantissimus, et mihi eo ex tempore acerbissima consuetudine conjunctus. Lu-
dovicus Cabrera de Cordoba in Histor. Philip. II. ad an. 1551. Magnum Regis
Oratorem et Theologum eundem appellat, in Scholasticis disputationibus
versatum, scientia atque eloquentia praeditum. Ejus quoque cum laude me-
minere praeter Ludovicum Mañoz in Vita D. F. Bartholom. à Martyribus lib. 2.
cap. 16. domestici scriptores Joan. Lopez Monopolit. Circ. 3. par. Hist. lib. 1.
cap. 40. et 4. par. lib. 2. c. 240. Alphons. Fernandez in Concert. Praedicator. an.
1562. et inter Cathedralicos Academicar. Ignatius Galvan vol. 1. c. 6. disc. 5. n.
20. lib. 3. c. 1. in annot. n. 3. et c. 8. n. 8. Gundisalv. Ariaga sexagesimè in
D. Thomae Aquinate praedicator tom. 2. praecipue tamen lib. 2. cap. 5. n. 5.

D. F. Joannes Jubi, Majoricensis, ordinis Minorum, Constantiensis in regione infidelium Ecclesie Episcopus, Suffraganeus (ut nomenclatura fert Eccles.) Barchinonensis, Tridenti inter Libros, sententiam in sacrosancta Synodo sub Julio III. dicentes, aderat, cum Philippum Hispaniarum Principem e Germania reducem, illic Hispaniam versus pertransientem, veluti adventorio salutavit non injucundo carmine in magnificentissimo convivio, quod Cardinalis Madu- huius Tridentinus Praesul postidie Nonas Junii 1551. ad Insulam in Athesia per- Cento fere passus ab urbe remotam, Regis paraverat hospitii. Quem autem tunc audierunt poetice ludentem, admirati sunt Latres in Caetu generali, Septembri proxima 21. die habito, alte et profunde de venerabili Eucharistiae Sacramen- to disputantem, circa Canonem presertim 3. in proxima Sess. 13. firmatam, uti videtur est in hujus Concilii Pallaviciniana Hist. lib. 12. c. 2. n. 15. Quin et ipsi Philippo Hispaniarum jam Regi duxit sententiam suam sacro atque eleganti sermone explicatam Latino carmine

De Sacramento Eucharistiae et ejus sacrificio adversus hujus nostri temporis Haereticos. Barchinone 1550. in 12. Simulque elegiaco scripta opus- cula -

De Beata Virgine: de D. Hieronymo. Item -

De Mundi contemptu ob secessum in vitam privatam Caroli V. Imperatoris. Poem hoc Barchinoneditum an. 1568. apud Claudium Bornat. Consule ~~etiam~~ de Jubi no Majoricensis Historiam, Epique auctoris Vincentium Mut.

F. Joannes de Lobera, ordin. Minorum, in Salmanticensi cenobio sacra Theologiae Lector, Tridentinam usque Synodum Joanni Ramirez Provin- ciali Sancti Jacobi Ministro individuum adiuit comes, eo uterque a Philippo Rege Catholico sub Lio Laga IV. designatus Theologus.

Tit. gloriosus Sacrae

E. Joannes de Ludeña, Matriti nobili loco natus, Ordinem
Praedicatorum professus, Lutetiamque Parisiorum Studiorum ergo profectus,
itaque literarum genio, praeceptorumque ultro se tradidit disciplina, ut in pre-
stantissimum breviter evasit Theologum, ac Doctoris Sorbonici laurea anno
1547. ~~in~~ universae facultatis Theologicae plaudente Consessu insignium me-
ruerit. Verum subinde, et illustrioribus doctrinae atque regimini inter Domestica
perfranchis muneribus, Priorem ~~agens~~ amplissime domus S. Laurentii Vallisoleani
unaque Provincia ~~Magis~~ Diffinitorem agens, ejus interfuit religiosi Co-
nventus, anno 1557. apud S. Cuae Septemvise concubium celebratis, Inducto
sub idem tempus à Pio IV. Tridenti generali Concilio, honorem illuc conve-
niendi ^{à loco} ~~in~~ D. Petri de la Casca Septemvise Antistitis, qui Procura-
torem suarum rerum legitime constituerat, aliorum ~~estimationem~~ ^{electionem} propria viritate
praestantique doctrina ~~debet~~ ^{provenit}, feliciter adeptus est. Solertem Episcopi
delectum ~~facili~~ ^{et} ~~conspicitur~~ ^{egregia} ~~prudencia~~ ^{prudencia} ~~honestati~~ ^{honestati}
mi ~~appropinquat~~ ^{et} ~~argue~~ ^{ad} ~~mirabilem~~ ^{literati} à Ludeña in eo Christiani
theatro data specimina ~~facili~~ ^{super} ~~confirmavit~~ ^{confirmavit}. Ex quibus ~~ad~~ ^{ad} nos gene-
rerunt, quae per hunc ~~locum~~ ^{locum} fuerunt ~~sepius~~ ^{sepius} edita, nempe -

Concio de tribus Domini nostri Jesu-Christi, Et ejus Sponse tentatio-
nibus, ad Patres habita Dominica I. Quadragesima 28. Februarii 1563.
Brixiae eodem anno, atque Patavii, Lovanii deinde 1567. et Parisii 1667.

Disputatio Theologica de Celibatu Sacerdotum, quae ad duos ex
Articulis Theologicis de Matrimonio (propositi publice in Occidentica Syno-
do) respondet. Patavii in 4. an. 1563. et alibi una cum superiore Con-
cione.

D. Joannes de Melo, Lusitanus, Decretorum Doctor, inter Inque-
 ritate Religionis Judices die 10. Octobris 1536. relictus, ex D. Didaci
 de Silva primo apud Lusitaniam Inquisitionis Generalis delegatione hoc
 ad aetam Fidem tandem, haereticosque coercendos S. Officium cum
 Ebra an. 1537. tum Olyssipone 1539. instituit, et in utroque pri-
 mus Fidei sedit Quaesitor ac Judex. Sylvensium an. 1545. creatus Archi-
 tes, praecedentibus annis sacrosanta Tridentina Synodo sub Julio Pa-
 pa III. interfuit. Illex Domus Supplicationis, qui unus e regis Sena-
 tibus est, regimini adhibitus, iterum inter convocatos Patres Consilii Inqui-
 sitionis, summo eorum Praefecto Henrico Cardinale jubente, a die 17. Junii
 1561. confedit. Anno sequenti ad Eboresensem Archiepiscopatum transla-
 tus, unaque Supremo Aula Regia Praetore, tunc primum instituto, pro
 merito datus est Praefes. Ad Tridentini Concilii Sanctiones ample-
 tendas, aliaque in commune subditorum suorum commotion, et morum
 reformationem de nocte statuenda Concilium Provinciale anno 1565.
 Ebra congregavit.

† animadversione

† in Algarbicum
 regno

D. F. Joannes de Muñatones, Joannis Saëz de Brúvesca et Jo-
 anne de Muñatones nobilium parentum proles, Virovisca in lucem edita, li-
 centiali Didaci de Brúvesca Muñatones, postrema Caesari Imperatoris in-
 strumentariae tabulae relectae voluntatis exequutur, ipsi, d'Alcaláque filio Re-
 gi Castellae et Cameris à Consiliis, et in praesens chari germanus frater, Auguf-
 tinianusq; sodalis in Toletana domo, religiosam instituti sui Provinciam ali-
 quando moderatus est. Carolum Caesarem in Germania duci comitatus fuit
 à concionibus sacis ei minister, ejusque negotem Carolum Hispaniarum Prin-

cipem literas docuit. Segobricensis (qui idem tunc erat cum Albarracina-
si) Episcopatus regimine inito 2. Septembris 1556. gregem sibi commissum
frequendissimis cum exacta disciplina tum summa probitati exemplis mira-
biliter rexit. Tridentinae Synodo in postrema Lii IV. convocazione ad-
esse iussus, praeter tam multa alia virubus candidis atque unius verum
omnium principum doctrinae, quae sit classis a Praesule digna, data ^{Abi} in dicendi
sententis testimonia, quorum Luperatus Auctor Hist. hujus Concil. non semel
meminit lib. 17. c. 11. n. 21. lib. 18. c. 4. n. 18. et c. 5. n. 3. quoties Conciones
ad Synodum habuit, Tridentinorum Patrum animos mirabili eloquentia
vi in sui amorem atque admirationem adduxit. Hispaniae restitutus, Pro-
vinciae suae alteri Concilio, Casaraugusta, ab Archiepiscopo D. Ferdinando de
Aragon congregato, interfuit an. 1565. In sequenti ipse apud Vivet oppidum
ad utriusque Concilii Decreta executioni mandanda Sacerdotum suae Dio-
cesis Synodum et ipse coepit. Valentiae tandem obiit Sabathe Sancto 15. Apr.
lis 1571. Jacetque in sacello quodam, quod ipsemet in vivis agens apud
Collegiatam Virovescensem patriam ecclesiam extruxerat, mirumque in
modum exornaverat. Egerat olim D. Thomas a Villanova pro archiepiscopo
~~quodam~~ cum eo ~~in~~ familiaritate, sacrosaque necessitudine de matrandae
editione sacrae Concionum, sanctissimum virum obviare rogans, ne gate-
retur tam fructuosis virubus defraudari; venum cum praemoderata
qua Thomas insigniter praeditus erat, id ab eo obtinerenunquam potuisset, post
illius in caelum migrationem cuncta, quae per se habet Joannes, Villanova
Concionum exemplaria, Provinciali Litterarum Castellae Provinciae transmissit,
ut per selectum ab ipso virum doctum recognita purgata atque a librariorum
amenensiumve mundi castigata per typos in commune studiorum hominum
nq; ederentur. Id enim Petrus Ueda Guerrero, sacrae Theologiae Magister, et Complu-
tensi Augustiniani Collegii Rector, cui hanc curam Provinciae Latinae manda-
verunt, summo persequit studio, atque Conciones sacras S. Thomae Villanova-
ri Complutensis primum ab ipso in locum hunc exaucti anno 1581. fecit
apud Ferdinandum Ramirez typographum Complutensem. Quibus Se-
gobricensis noster Antistes praefixit -

De Vita et rebus gestis ab Illustri. et Reverendis. D. D. F. Thoma
a Villanova, ordinis Eremitarum D. Augustini, Archiepiscopi Valentini Bu-
fationem. Hanc deinde Thomas de Herrera ~~collega~~ in vernaculum sermonem
a se conversum intexuit Historia Augustiniana Domus Salmanticensis cap.
21. In vulgus prius exierat ejusdem Joannis

Concio ad Tridentinam Synodum habita in die festo S. Augustini
28. Augusti 1562. Buxiae 1563. et aliorum una cum hujusmodi syste-

70
matis lucubrationibus. Præter hanc duas alias nostrum ibidem habuit
Conciones Auctor est D. Franciscus Villagrassa cap. 42. Antiquitat. Ec-
cles. Segobriensis.

Joannes Murillo, ob præstantis doctrinæ famam, ut credere par est,
Synodo interfuit Tridentina ætate Pauli Papæ III. ut ejus Concilii catalogis
insertum indicat nomen: quod planè conspicitur præpositum nominibus reliquo-
rum Hispanice sue nationis secularium Doctorum, qui vel à Carolo Cesare
missi, seu à Prelatis absentibus destinati, sive Presentium socii, aut quocumque
aliò quæsito titulo è tunc præmium convenerè.

F. Joannes de Ortega, Franciscanus, Provincialis Ministex S. Jacobi,
 juris utriusque studio cuncti nervi sedulam navavit operam, in viam breviter exiens
 ceteris doctissimum, nulli ~~qua~~ Jurisconsultorum, quos clarissimos quidem etate sua te
 lii Hispania, ~~Secundum~~, ~~Hebraicam~~ sive in penetrandis Jurisprudentiæ ab libi, sive
 in extrahendis Antinomiarum nodis, aut in concordandis extempore textibus difficil
 limis, vel in apparanda dicula unius spatii scilicet educta thesi, ~~secundum~~ ^{secundum} habere
 ha. Nunc gloriosa illa emulatio, qua Salmantina quatuor majora Collegia, id est Li
 terarii illius Emptorii totidem ætatisimè apotheca, certatim in Collegam literatissimum
 suum ambibant, præsapientia juvenem nobilissimè ortum natalibus, clarissimè in
 tractum ingenio, utriusque Juris prudentiam usque ad postremos apices apperire noscen
 tem, grande columen, præstantissimum ornamentum cujuslibet eorum ~~Universitatis~~ ^{Universitatis}
~~substantiam~~ sollicitum preteret, exornatque indueret, subitè prociul adventurum.
 Adscriptus denique Docteri S. Salvatoris Collegio postidie Kalend. Augusti 1532. haud
 multo post Cesariæ Juris cathedram pomeridianis horis prætorio regendam Doctorique
 insigni Academia legibus cautum ingeminati cunctarum glausibus suscepit. Mox à
 theoreticis sequi fuerunt functionibus, populis ultra et citra tagum practicum Juris duxit
 in duplici Conventu Juridico, Granatensi nempe atque Pinciano. Unde pro maximis
 expediendi negotiis in Italia atque Germania aliquandiu peregrinatus, Tridentum
 à Carolo Cesare rerum suarum Procurator missus est, indeque Bononiam una cum
 Francisco de Vargas Castellani Fisci gæstione adversus illegitimam Concilii Decretoria e
 Tridentina in Bononiensem urbem transmigrationem Cesari nomine contestatus:
 quod solemniter præfecit in generali ~~Legatum~~ ^{Legatum} Congregatione habita die 16. Januarii an.
 1548. Latius rectitudis, et in Senatorum Castella numerum relatus, regiarum
 rationum Consilium anno 1553. inivit; ea quo mox iudex confedit, ac simul
 in sanctioni Castellana Camere, assidue à Philippo maximis regnorum suorum
 rebus adhibus, atque inter ~~inter~~ intimos suos adjuvans, magisque sibi ~~officium~~
 Consiliarios, ~~quæ~~ ^{quæ} perpetuo habitus. Hujus veritati testes, quibus ~~idem~~ ^{idem} abrogare
 non licet, æquam erit adhibere, Laudentium à Sandoval in Caroli V. Cesari Hist. lib. 31.
 s. 51. Ludovicum Cabrera de Cordoba in Hist. Philippi II. lib. 1. cap. 4. et 9. lib. 1. c.
 2. lib. 9. c. 15. et 27. lib. 10. cap. 1. Petrum Salazar de Mendoza in Origine Dig
 nitat. Secular. Castella lib. 4. cap. 4. s. 3. Elisabethæ Valensie Regine in ~~gæstio~~
 chæum Doctorem Velasco pariter fuisse haud temere asserere possumus, cum con
 tet ex regis tabulis postremo sue voluntatis Exequutorem inter alios viros, hono
 ribus ac dignitatibus valde conspicuos, eum ~~relinquatum~~ ^{relinquatum} reliquisse.

+ superius elatus

+ illustribus majorum suo
rum stimulatibus imaginibus, a pueritia

+ ut omnium erat fa
ma consentiens,

+ apud sanctam Synodum

201

D. Melchior Alvarez à Vozmediano, Caruonensis, ad S. Clementis
Hispanorum apud Bononiensis Collegii sodalis, Artium atque Theologiae Doctor, ad sex fe-
re integros annos Tridentinus incolae fuit causa Oecumenici Concilii, ad quod D. Fran-
ciscus de Navarra Patensis Episcopus Theologum secum adduxerat tam sub Paulo III. qu-
am sub Julio III. quo tempore orationem ad S. Petrum et Paulum habuit anno 1551. die SS. Apo-
stolorum Petri et Pauli sacra. Accitus deinde à Philippo Hispaniarum Principe, cum ad
suscipiendam Britanniam sponsam, et cum ea dotulitii regni moderationem proferente,
ipsi Regi à sacris in Angliam operam dedit, atque post D. Joannis de Salazar Lanca-
nensis Episcopi obitum Xenodochii regiae Curiae praefectura potitus. Evocata postremo
à Pio IV. Tridentina sacrosancta Synodo, tertio ad eam se contulit Guadixensis jam re-
nuntiatus ante duos annos Episcopus. Cum enim Kalendis Decembris 1562. sententiam suam
de institutione Episcoporum exponeret, accidit, ut Praesules quidem omnes immoderationis impu-
dentiaque transgredientes fines in voces, Anathema, comburatur, haereticus est, consimilisque len-
tumelias proceperunt, priusquam sententiam suam Guadixensi aboleret, nec vociferantes epi-
scopi mentem plene perciperent. At vero sedata perturbatione apposite sermonem prosecutus, cunctorum
que dixerat sanam sententiam explicavit, quam summam religiosam Lullavici Cardinalis cap. V.
num. 8. lib. 19. Hist. Concil. Trident. inseruit, Guadixensem huic verbi commendans. Illud certe
ad sui comprobationem sibi non deesse, aut quod ter Synodo interfuerit sub Paulo, Julio et
Pio, tunc Doctorem conditione, nunc Episcopum dignitate. Sic ille locutus est, et quod dicitur ut
innocent, et modestè ut subditur, adeoque iustitia simul affectioneque sibi conciliavit. Fac-
tuens deim apud eundem Lusitaniæ viri mentio et in Titularis Episcopi, et in Magistratus
Romani acerbe invehentis. Cujus et tempore Julii III. semel meminerat lib. 12. c. 10. n. 25. Reg.
tertia Provinciali Concilio Granatensi interposita, ad Tridentinam excipienda Decreta anno 1565. à
D. Petro Guazarero congregato. Confessus tandem senio, adversa valetudine, maximèque laboribus
quos in Maurorum Granatensium perductione fecerat, ut conceditis ovis ab eorum inma-
nitate liberaret, dignitatem abdicavit. Obiit itaque privatam vitam in caelestium contemplatione
tamagens die 22. Novembris 1580. Ossa ejus, que diu in Guadixensi urbe quieverunt, Casu-
tem tandem translata, in sacello à se, dum viveret, constructo apud Ecclesiam S. Andree 17. Sep-
tembris 1633. condita sunt. Eximie virtutis virum, vigilem Castorem, Christianaque Religionis
zelepyum Melchorem nostrum appellat Stephan. Gauceri lib. 18. Hist. Hisp. c. 3). Diffusius
autem laudes ejus prosequitur D. Petrus Suarez in Hist. Guadixensi. Scripsit

Orationem ad Tridentinam Synodum habitam die SS. Apostolorum Petri et Pauli 29.
Junii 1551. Procuravit necnon multa industria editionem

Panormiae, seu Decreti Ivonis Carnotensis, ut putavit: quam ex duobus codicibus
forte fortuna in Angliam, cum ibi Philippo Regi Catholico minister à sacris versaretur, rejectis
altero à sexaginta fere annis edito, altero in pergamena charta MS, atque eo persequuto inter
se colati à se correctam et emendatam Lovanii prodire fecit, apud Antonium Marum
Burgane 1553. in 8. Sed summam id potius Panormiae esse quam operi ipsum ostendit pau-
lo post Joannes Molinæus Lovaniensis Doctor, publicato ipso Decreto Ivonis duabus partibus majore,
Lovanii 1562. ex officina Grassii.

508

F. Melchior Cano, Prædicatorum sedalis, oppidum quoddam Conchenſis
diœceſis Tarancôn appellatum patriam ſortitus mihi videtur fuiſſe. Ibi enim edita
eſt Anna ejus ſoror Melchioris alterius Cani, qui in eadem Dominicana familia
excellenſem vivus, morienſque pietatis famam ſuſtinuit mater: quod Monopolitanus
Epiſcopus Hiſtoria hujus ordinis part. 4. lib. 3. cap. 31. diſerte affirmat. Parentis ipſe
meminit initio libri XI. de Locis Theologicis, Vienna Austria tunc extincti, cum abſol-
viſſet iſ ſuperiorem hunc librum, cujus quidem cauſa non ſolum ſe hunc laborem ſuſ-
cepſiſſe, ſed et ei nuncupaturum, ſi viveret, fuiſſe ait. Nomen autem cuiſ reſicu-
it ejus, quem dignum hoc munere, et apud mortales qualis ille fuit, reliquum eſſe
nullum, viſ doctiſſimus et prudentiſſimus non temere aut impotenter dixiſſe cre-
dendus eſt? Dominicanis ſe aggregavit Salmantica ad S. Stephanum ampliſſimam
hujus ordinis domum. Proſecit in Theologicis maxime ſub ſummo ſtatu ſuae et pro-
feſſionis viro Francisco Victoria ibi docente: qui Cani ingenio, ut ipſe agebat, egre-
gie delectabatur; et tamen vereri ſe adſungebat ne hujus insolentia elatus et exul-
tans (verba audiſ ex principio libri XII. de Locis) immoderate jactaretur, et grandior
effectus non late ~~elaberet~~ modo et libere ingrederetur, ſed temere etiam ac licen-
ter præceptoris veſtigia conculcasset. Quod Victoria judicium ne in ſe comprobaret
ſedulam dediſſe operam ſibi ipſe arrogat; quanquam illos probare non ſoleat, qui
velut ſacramento ropati, vel etiam ſuperſtitione conſtricti, ut Fabius ait, nefas du-
cunt à ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere. Theologo quippe nihil eſt neceſſe
(utor ſemper elegantiffimi et prudentiſſimi ejus verbi ex eodem loco) in cuiusque-
am jurare leges. Major enim eſt opus atque præſtantius ad quod ipſe tendit, qu-
am ut Magiſtri debeat veſtigiiſ ſemper inſiſtere, ſi quidem offuturus Theologiſ laude
perſectus. Idem verè ingenium tanta expectationis non totum iſ ſcholæ dedit, atque
ejus conſultationibus, quod ferè alii apud nos ſolent neſcientes quam non lauta ſi-
bi ea, quæ maxime gloriantur, exinde cum pedem moverint, apparitura ſit ſupel-
lex; imò cogitationes ſuas in id ſe aliquando contuliſſe initio libri X. affirmat, ut
ſe quavis via et ratione ab iſ liberaret. Interim animadverſo verum Theologum
preſtare illum vix poſſe, quæ ſine literarum ſecularium et hiſtorie cognitione, lingua-
rumque orientalium peritia jejune dijudicandis ſcholæ queſtionibus horas omnes
impenderet: non ſolum ab huiſ diſciplinis egregia ſibi comparavit adjuvmenta
et ornamenta, ſed et inſignem eloquentie cultum, veluti elegantiffimam
veſtem pulchro corpori, adjunxit. Quo magis inſtructus ad ſcholam rediit,
cum Academia viros illos ſummos amiſiſſet, qui hunc doctrina operam da-
bant, prudentèr exiſtimans honeſtiſſimum ſe in eo exhibiturum officium
Chriſtiane Reipublice, ſi animum in ſchola ſuam, ut ipſe loquitur, initio li-
bri X. vel repugnantem contineret. Victoria nempe anno 1546. diem ſuum ob-
eunte Canus noſter docendi locum è cathedra principe ſuceſſiſſe dicitur, qui
forde jam vertere militabat. Bartholomæus Carranza de Miranda, qui por-
tea fuit Toletanus Archiep. florebat eo jam tempore in provincia Caſtelle non
minus opimone literarum quam dignitate: quocum noſtro male conveniebat,
adeo ut factio ſua quemque ab ejus cognomine appellata in negotiis domeſticis
ſectaretur. Unde nata eſt fama Miranda calamitatis, de qua in ejus mentione
loquuti ſumus, aliqua exiſtiſſe Canum ex parte auctorem. Impatiens enim qui-
que eorum fuiſſe loci ſecundi in literarum laude, aut in ſodalium exiſtimatione

1. lib. II. Porum, quibus nunc sumus) lectorem remittit. Venetiis dein prodit opus
ex officina Bartholomaei Rubini 1562. in 8. Lavanii 1564. apud Servatium Saxerum.
Coloniae 1574. et 1585. in 8. apud haeredes Arnoldi Birckmanni, tertio ibidem an.
1604. cum Relectione de Pœnitentiâ. Topica hæc sunt Theologica, sive loci com-
munes argumentorum à Theologia usurpandi. Quare non satis aptè rem ex-
pressit Sixtus Senensis Bibliotheca sancta lib. 4. ex eoque Seraphinus Razzius
in Historia virorum illustrium ordinis Prædicatorum: quorum ille sub titulo de
divinorum librorum Expositoribus notatum ait Canum utilissimum librum de lo-
cis difficultibus diuinae Scripturae composuisse; totidemque verbis Italice Razzi-
us. Cum utique is postremus tanquam manus et digitor haberet notam de Locis
Theologicis hoc opus, ex quo ille, cum studii sodalium præfret in urbe Lerusina,
confecit suas De Locis Theologicis prælectiones, quibus Reverendissimi Q. Melchioris
in Cani ordinis Prædicatorum de ipse eundem eundem omnia compressit tamen, ac
magis acite colligitur atque explicatur, cum vindicatione quorundam præcipuorum
Latrum, qui ab ipso Canone passim in suo, aliòquin eruditissimo, opere suggillantur atque
reprehenduntur, Leusii editas 1603. in 4. apud Vincentium Columbarium. Alterum
est Compendium, sive Epitome de Locis Theologicis Melchioris nostri à Cornelio Lo-
oses sive Callidio Voudano facta, et Muguntia publicata in 8. uti refert in Biblio-
theca Belgica Valerius Andreas Taxander. Nempe vir doctissimus à quibusdam
non optime audire cepit propter acriter de S. Gregorii Laga Dialogi, Bedæ Hi-
storia Anglorum, aliisque censuram: quod inconstanter et inconsulte ab eo factum
contendit multi Cesar Baronius in Nobis ad Martyrolog. die 23. Decembrii. Quo
quidem Gabriel Naudæus in Bibliotheca sua reperisse videtur Politica, ubi de
iis auctoribus, qui de hæresibus sunt commentati, Nile etiam erit (ait) Castandum
evolvere, qui tot litera agere quidem componere tentavit licet majore cura, quam in-
genio, et Melchiorum Canum, qui hoc idem, sed occulte, conatus est ingenio ma-
jori, quam pietate, et prope modum admirabili iudicio. Dummodo enim hæc pauca
excipias uno omnium ore hoc locorum opus cum suo auctore inter paucissima
relicta à viris eminenti doctrinae quibusvis monumenta celebrantur. Utar sa-
coti Gaddii verbis, quia ipse aliorum verba de hac re adducit t. 1. de
Scriptoribus non Ecclesiasticis. Canus nomine Melchior (ait) Canariensis Episcopus,
Theologus doctrina ac eruditionis maxima, cui fidem addidit pietatem atque elo-
quentiam, condidit insigne opus ac memorabile De Locis Theologicis com-
munitibus: in quo præsertim candidèque præcipua Theologia ac Religionis argumen-
ta videtur tractasse. Canum Possivinus laudat, sed cum aliqua exceptione,
cujus particulam geminam libri Apparatus Sacri excipiam. Theologiam Salmanti-
cæ publicè professor, ac deinceps Episcopus Canariensis, cui demum Episcopatum
cedens, Loviniaci ordinis sui in Hispania factus est. Tridentino Concilio in-
terfuit. Scripsit autem 12. lib. De Locis communibus Theologicis: et Delet-
tionibus duar, alteram de Sacramenti in genere; alteram De Sacramento Pœni-
tentie. Quod ad librorum locorum communium spectat, negandum non est, quin
è secundo erudite et facundo ingenio prodierint, eo commendandi magis, quod
ipse nostra ætate primus ea brevitate, copia, dispositione ac perspicuitate de in-
utiliter egerit. Et postea. Magister Canus id potissimum præstitit suis in
Locis communibus, ac præsertim ubi de Sacramentis et Conciliis agit: cui si per

dotum, quibus ad hujusmodi gradum promoverendum opus erat. Quod spectabat ad electio-
nem Episcoporum (scribit lib. 21. c. 8. n. 1.) necesse fuit ad aliam Sessionem rem pro-
trahi. Etenim prater varias difficultates in singulorum sententiis allatas de-
trato ab id Decretis, quod ordine primum erat, complures alias congesit, com-
municavit Patribus ad ea destinatis, Melchior Cornelius Senator Lusitanus, ad hoc
opus electus ab Oratoribus Concilii. Consilio et cohortationibus Lusitanum Oratoris
elaborasse nostrum, erucliam

Commentarium de Potestate Romani Pontificis in Ecclesiam universalem, aucto-
re est idem Lurguratus lib. 19. c. 15. n. 1. cujus verba verè aurea dedimus in Dida-
co Pavia de Andreada ejusdem laboris socio: ibi legenda, ne actum agamus. Animo
verendum tamen est, hanc elucidationem à laudato Cardinale tribui Doctori cuidam
Comano, à Rege Lusitaniae ad Synodum misso; sed cum nullus hujusce cognominis
Lusitanus nec in Catalogo Concilii, qui Concilio interfuerunt, nec alibi legatur, editionem
dum putamus, persuasi Pallavicini calumniam in hoc à se laudatum Cornelium in-
dendisse.

Michael Ibero, Navarrus, Pompelonensis, insignis juris utriusque Doctor, quæ
hujus doctrina nomine ad sacram œcumenicam Synodum O. Didacus Lamarez Se-
deno Longepolitanus Antistes Pii IV. etate Tridentum adduxit, in Elencho Scru-
torum Juris laudari solet, eò quod scripserit -

In Titulum Digest. De Vulp. et puell. substitut.

In Titulum Digest. De Liberis et Posthumis.

In Titulos De Verborum significatione, et de diversis Regulis Juris.

totius ordinis perfectionem ab
 tinendam, quae tunc Christi
 thoro a Capitefontium majori
 suffraganeum nomine communi-
 ca fuit, delato Medinae
 a Fratibus Disputatorum ge-
 nerali unire. Biennio
 post, quod Joannem Peum
 Instituti sui sedelem cum
 ab impetu Dominici de Soto
 defendere daretur, hunc
 libro defendit, tum
 illius in Mattheum
 Commentaria ab hereticis
 rum navis maculisque
 abstergere laboraret, eo qui
 dem studio ac sollicitudine,
 ut scripsit, sicut ipse Me-
 dina in eorum quaeritur pro-
 logo, integra et saniora in
 Mattheum et Joannem Com-
 mentaria ex propriis perus
 conficere, in S. Inquisitio-
 nis Toletanae Tribunali cau-
 sam religionis dixit: in qua
 tamen innocentiam suam
 probavit, ut producta senten-
 tia mox apparet. Oraverunt
 etiam de. et ecclesiastici

id est, de Lege, ejusque Judice et Interprete Ecclesia jam satir. Profecto male
 de ea meretur, deque eruditi omnibus, qui thesaurus hunc lucem invidet. His-
 torum Magi verba, deque opere isto judicium licet subjungere: non enim ad
 manum pluribus; et recognuntur in diei inutilia gasim. Argumentum quidem
 immensi abditique operis fuit, utpote quod a primis Religionis rudimentis et
 cunabulis, ex vetustissimis, innumeraeque omni generis scriptorum monumentis,
 et antiquorum exaribus penitus excussis reperatur. Et mox. Nihil omnino pra-
 misit, quod ad Orthodoxam fulciendam, comprobandamque, et a multorum ca-
 lumniis vindicandam ac tegendam facere possit: adeo ut in, quae ~~etiam~~ gasim
 erant mandata literis, quaeque ille ex suo inexhausto penore depropperit, in suas sedes
 congrua dispositione collatis, omnium nobis et posteritati librorum et Theologorum
 quantum ad hujusmodi disputationes attinet, instar futurus sit. Haec Magius. Rex
 peram utique Gonzaga et Schotus ab opere De recta in Deum fide, Parisiensis
 distinguunt.

De Sacrorum hominum continentia Libri V. ad D. Didacum de Espinosa
 Segundinum Antihitem, S. R. E. Cardinalem, Senatusque Castelle Praesidem. Vene-
 tiis apud Zilettum 1568. in folio. Confecit hoc opus (ut ipse ait in praefatione) per
 su Francisci de Guzman Commissarii generalis familiae ultra montanae, ac per
 suasione plurium Episcoporum, qui Tridentina synodo interfuerunt, quando
 ea a quibusdam obtundebatur expedire ut permitteretur Germanis ad concordiam
 et pacem superinducendam, ex more Graecorum, uxoris ante sacros ordines
 accepti uti et cohabitare. In huius libri sacri caelibatus origo, progressio et consu-
 matio ex sacra scriptura, sanctorumque Latinarum scriptis proponitur, Patristice
 et ad Hereticorum nostri temporis calumnias protupnatur: quibus libri haud
 scio (ait Schotus in Bibliotheca nostra genti) quid addi possit aut diligentia
 aut industria.

Disputationes de Indulgentiis adversus eosdem nostri temporis Hereticos:
 Venetiis 1565. 4. apud Zilettum, ad Salutes Concilii Tridentini.

Apologia Joannis Feri, in qua septem et sexaginta loca Commentariorum
in Joannem, quae antea Dominicus Soto Segobiensis Lutherana haecuperat,
ex sacra scriptura, sanctorumque doctrina restituantur. Compluti apud
 Joannem Brocaium 1558. in 8. et 1561. et 1578. in fol. item Neapoli an-

1572. Quae tamen in Indice expurgatorio Romano, et in Hispano, anno
 1640. edito, fuit prohibita: magis, reor, quod verbi cum Heretici Fero:
 quam quod sensu conveniret. Lurgavit etiam, ne id ignores, Lector, Michael
 noster ejusdem Feri sermones, seu Commentaria in Mattheum, quae medi-
 ta ab eo relicta Hereticorum inter manus labi quidquam contraxerant:
 quod et agnovit Sixtus Senensis lib. 6. Bibliothecae sanctae annotat. 22. Quae
 autem cum Medina Rodericus Vadillo, Benedictini, et Petrus Carolus
 Uclesiensis ordinis S. Jacobi restituenti huius maneraverunt, Complutique editi
 correctio cura anno 1562. in fol.

Enarratio trium locorum ex Cap. 2. Deuteronomii cathedra Sancta-
rum Scripturarum Academiae Complutensis assignatarum, et in publico thea-
tro explanatarum. Compluti 1560. in 4. ad Comitissam de Beñazar.

Expositiones in quatuor Symboli Apostolorum articulis. Venetiis 1565
 in 4. Male hoc intellectum fuit ad Schotus, qui quatuor, perique a Gonzaga
 et Possevino, qui quatuordecim Symboli articulos a nostris hic explicatos crediderunt.

(a) ordinis per Hispanis Generalis
 celebrantur tunc Philippi II.
 Concinator et Cephaludensis
 paulo post Episcopus.
 (b) sacra Theologia Licentiatum,
 Regiusque ea tempore Capel-
 lanus, continuoque Cremonen-
 sis Episcopus.
 * accincti in hoc opus a D.
 Ferdinando Valdes sagrera
 Fidei quae Hispanos Vindica-
 + quae gasus est sub d'ontio
 Zelato, fidei, et sagrera.

De Igne Lustratorio Tractatus: quem non vidimus: eum tamen laudant Franciscus Gonzaga, Ludovicus Rebolledo, Adversus Lucas Uvadingus sodales, Andreas item Schotus in Bibliotheca Hispana, Possevinusque in Apparatu. Hispanice quoque liber ab eo editus est.

De la verdadera y Christiana Humildad. Toleti 1550. 8.

Meminit ipse aliorum suorum operum, quae adhuc desiderantur: uti Biblicarum Annotationum lib. VI. in de Recta in Deum Fide cap. 9. in fine: De Praecepto et Dispensatione lib. III. ejusdem operis cap. 8. Loterat et laudare Annotationes seu Animadversiones in B. Cyrilli lib. adv. Antiaromorphi-
tas, quae manu exaratae custodiuntur in Lugduno-Batava Bibliotheca, auctore Theophylo Spizelio in sacris Bibliothecar. illustrum arcanis detectis pag. 138. Hallucinationem Uvadingi non facile excuso, qui Joannis Medina Primarii Complutensis tam notii scriptoris libros de Restitutione ac de Penitentia Michaelem notio Medinae adjudicavit. Hunc vero arguit Benedictus Cereanus Commentariorum in Danielem libri 10. praefatione, quod Berossianae Annae Viterbensis fabulas studiose sit sequutus. Commune tamen hoc ei cum aliis ejus aetatis scriptoribus, praeter Historiam et Chronographiam (ut ipse ait Cereanus) in ceterarum disciplinarum studiis diligentibus ac docti Joanne Ordone, Nauclero, Joanne Lucido, Sixto Senensi. Obiit Toleti magno bonorum studio rum damnatione anno 1588. Ad hunc datae sunt a Joanne Genesio Sepulveda Epistola dug. 93. et 98. de gravissimis questionibus.

† die 1. Maii anni 1578. verba illa Psal- mi proferens verba: In te Domine speravi, non confundar in aeternum.

Post Medina mortem publice luci commissa fuit absolutio iudicium Tolitanae Inquisitionis per haec verba idioma Castellano concepta: Christi nomine invocato. Visto un proceso y causa criminal, que ante nos ha pendido y pende entre partes, la una el Licenciado Sr. Camero, Promotor Fiscal deste Santo Oficio, actor acusante; y de la otra reo, acusado el Maestro Fr. Miguel de Medina, Fr. de la orden de San Francisco, Guadian que fue de la casa y convento de San Juan de los Reyes desta ciudad de Toledo difunto &c. Fallamos atento los autos y meritos deste proceso, que desemos absolver, y absolvemos al dicho Fr. Miguel de Medina de la instancia deste juicio, y mandamos alzar y alzamos qualquier secreto, que de los bienes del dicho Fr. Miguel de Medina, de mandado nuestro, este hecho: los quales mandamos bolver y entregar por el inventario, que dellor se huviere hecho, y por esta nuestra sentencia assi lo pronunciamos, sentenciámos, y mandamos en estos términos, y por ellos, pro tribunali sedendo. El Oid. Juan de Llano Valdes, Inquisidor. El Lic. Antonio de Mator de No- rona, Inquisidor. El Lic. Alvaro de Remoso, Inquisidor.

Ejus vitam duplici cap. 20. nempe et 21. descripsit Fr. Andreas de Guadalupe lib. 8. Histor. Livine. Angelorum; scripta vero lib. 10. cap. 9.

Michael de Oroncuspe, Navarrus, Olitensis, sacra Theologiae
Doctor, et ob hujus doctrinae non vulgarem eruditionem adhibitus comes à D. Didaco Ramirez sedens Comigelonensi Arosake in sua ad sacrosanctum et celeberrimum
Concilium Tridentinum sub Pio IV. profectio, ad Patres inibi congregatos habuit
Concionem de Mysterio Sanctissimae Trinitatis die Dominica Beatissima
Trinitatis 6. Junii 1563. Latina editam eodem anno apud Christophorum Gristum
in 4. deinde Buxia Lovanii ac Lutetia Parisiorum cum reliquis ad Tridentina
rum elucubrationum partem ornandam congestis.

D. Michael Puch, sive Puig, quod cognomen Despuig vulgo expriment
Valentini aequè ac Catalani, Elenensis apud postremos dignitate Episcopus, inter
fuit sacro universi Christiani orbis conventu Tridentum à Julio III. revocato, qua
usque novi in proximis Germania locis excitati tumultus, gravissimumque exardescens
bellum in Italia et Gallia Synodi progressus praecederent, et ad suspensionem per
biennium decernendam Patres compulserunt; ~~adducere quam~~ ~~schedulata~~ à se
et à decem aliis Hispaniae Praesulibus subscripta contradixit in sessione habita 28.
Aprilis 1552. Cataloniam inde revertit Urgellitanus creatus Episcopus: quam
Ecclesiam cum ex 2. die Februarii 1553. prudentissime gubernasset, pridie Nonas
Junias anni 1556. ~~ad~~ ampliore Mercensiem moderatam translatus est.

*quam post die kal. Au-
gusti 1545. ceperat,

† cum decreto

* Lutetia atque Lovanii,
ne non

† Sozinum

D. Michael Thomasius Taxaquet, Majoricensis, Caesarea ac Lon-
dini sui operam navavit cum Ilerde in Catalonia, tum Bononiae apud Italiam,
Maximam hinc praepceptorem nactus, cujus morientis fama parentavit in ea dis-
tione, quam De Juris Civilis discendi via et modo vix annum excedens 25. elu-
brasse dicitur. Ad quod studium manerat se, ceu magnifici molibus atque prosi-
diis, eximia Historiarum et Librorum cognitione, praecipueque arbori Oratoria
praepceptibus, meritis aliquando inter eos allegi iuriconsultos, qui Tridentinae
Synodo interfuere, à Pio IV. sui et altifatae Sedis nomine destinati, sacrorum Ca-
num Doctoris insignitis titulo, et forte jam altero sacre Laementiariae Correctoris,
quomodo eum alicubi vocatum legimus. Cum ibi doctrinae illius fama à Pontifice

biotheca laudati Antonii Augustini fuerunt, ut ejus constat Catalogo -

Expositio Bullae, quae in die Coenae Domini legi solet: quam allegat Henricus Heni-
quez lib. 2. de Indulgent. cap. 20. n. 5. lib. K. marg.

Casus in Jure reservati Romano Pontifici et Episcopi, et similia: duobus volum.
MS. in fol.

De universali Episcopatu, et Reservatoribus, ac de Annati Disputationes: ad
Carolum Borromaeum sanctissimum Cardinalem. MS.

Explanationes Leg. prima de Justit. et Jure, et Leg. Diem functo de officio Apresso-
rii in Digesti: ad Antonium Augustinum. MS.

Topicorum M. T. Ciceroni explanatio, cum praefatione de usu inventionis. MS.

Joanna Calafata Majoricensis vita, et quadam notata de quibusdam saecula-
culi foeminae pie viventibus. MS. Scripsit item

Commentarium de Suffragio Procuratorum in Synodo, supra de Pallavicini Cardi-
nalis. ~~per~~ ~~laudem~~ auctoritate jam laudatum. ~~Merito laudatus~~ ~~Elle~~ ~~sim~~ ~~est~~ ~~et~~
~~est~~ ~~notandum~~ Extat quoque haud illaudata memoria ~~apud~~ hujus clarissimi viri
apud Martinum Doct. Navarum in Manuali cap. 2). n. 53. Ludovic. Moreu in
Diction. Historico.

† sic dicto

† et Oyales

— D. Petrus de Acuña & Abellaneda, natales habuit in oppi-
do Aranda de Duero sub amne Durio, qui ejus praetorlabitur muros; ~~et~~ ~~dictos~~
parentes vero D. Martinum Vazquez de Acuña Toparcham de Esterciel et
Fuentelesendo atque D. Constantiam de Abellaneda nobilissimum par con-
jugum. Juris utriusque studio data strenue Salmantica opera, inter sodales
celeberrimi D. Bartholomaei Collegii ex 2). Februarii die anni 1536. jam ab-
lectus, Justiniani Institutionum triennalem cathedram non sine insignium Can-
didatorum certamine reportavit. Pinciam inde à Carolo Cesare, qui viros nobi-
litate claros, spectabilia et doctrina laude florentes honoribus muneribusque efficien-

dos pergitio inquirebat, paulo post evocatus, XVI-Vir^{us} Conventus Juridici, qui jure popu-
li in Regum dicitur, creari promeruit. Collocatus deinde in Consilio Ordinum milita-
rium, ac in Senatu tandem sancte et generali Inquisitionis Hispanice, nihil ~~idcirco~~ prater sacras Infidelis
ut ad calmen honorum sue professionis hominibus longe prestantissimum congruen-
tiam pertingeret, seesse videbatur. Illas autem Laulus Papa III. perquam libentiam
no Letro nostro anno 1547. concessit ad Casarea Caroli greces, qui in Dida f locum
a de Alaba ad Abulensem sedem translata Asturicensi Pontificis eum dona-
verat. Qua ergo auctus dignitate, Tridentina generali Synodo interfuit sub
Julio III. Pontifice Max. et ad suos post illius suspensionem reversus, Arandę * etatis sue 50.
caducam exiit vitam 24. Septembri 1555. Salmanticensis jam designatus
Episcopus. Agit de eo D. Franciscus de Alca Vergara in Hist. Sca Collegii sui
Bartholomeam pag. 208. n. 292.

D. Petrus Albret & Navarra, Joannis Albret Navarrae
Regis filius notius, Antonii Borbonii Ducis Vendonicensis et uxoris Joanne^e eque
Albret Bearrice Principis Orator ad Pium IV. cui utriusque nomine 14. Decem-
bris 1560. obedientiam exhibuit, Convenarum in Gallia Narbonensi Episcopus,
et haec ornatus Infidelis Tridentum Concilii oecumenici causa a Rege Gallie
missus, inter Hispano-Tridentinos Heroes ex jure venit consecrandus, et
quia Navarros habuit natales, praequam parentis in eo Regno dominatio
deturbaretur, et quia in Hirachensi apud Navarram per celebri Benedic-
tiorum Monasterio simulque Academia religiose vitae professionem emisit Veremundi^{us} ~~de~~ ^{nomine}
antequam Hispanicum desereret solum, Gallicum possum et consanguineum
convicturus. ~~Quis non valde~~ ~~credidit~~ ~~formidat~~ ~~pejores~~ Reliquit poste-
ris in doctrinae sua haud vulgari documentum opus, quod ~~sermone~~ ^{sermone} ~~Hispa-~~
no idiomate scriptum vidimus, cum hac inscriptione:

Dialogos de la Eternidad del alma: ad Pium IV. Pontif. max. ^{† testatur}
in cujus nunciataria epistola se tribus primis felicissimi Pontificatus annis Ro-
ma commemoratum. Prodit Tolosa apud Jacobum Colomerium absque an-
nincta. Italica quoque editum et ipsum fuisse testatur D. Nicolaus
Antonius in Bibl. Hisp. ad nomen Petri Navarrae. Nostro abs dubio tribu-
tione quoque debet alter

Dialogus de Discrimine legendi ac scribendi, Tolose editus apud eun-
dem Colomercium, quem ibidem laudat O. Nicol. Antonius. Plures præterea
sunt scriptores clarissimi, qui virum celebrant: nempe Pallavic. Cardinal. lib. 15. de
Concil. Trid. cap. 1. n. 1. et 2. ~~Wessingh~~ Odoic. Rainald. in Annal. Eccles. ad an.
1560. Oihenart in Notit. utriusque Vasconie lib. 3. cap. 12. pag. 530. Antoni-
us Ypes in Chron. Benedict. tom. 4. Cent. 4. fol. ubi etiam singulare Pe-
tri nostri laudat ingenium.

^A
non à suo modo, sed
ab aliis etiam

D. Petrus Arias Osorio, Segobienſis Eccleſiæ Canonicus atque Scho-
laſticus Magiſter, in Tridentinam generalem Synodum 25. Septembris an. 1562.
profectus eſt, ſut in Hiſt. illius urb. cap. 42. §. 13. Didacus obſervavit Colme-
nazes) eò à ſuo Capitulo unà cum D. Petro Gonzalez de Vivero ipſius
Eccleſiæ Canonico ad immunitates, juramenta atque privilegia ſacta tecta in-
viliter conſervanda Procurator miſſus, ~~et illuc~~ ^{et illuc} ~~ubi~~ ^{ubi} datus ſibi ampliffimi
ad id, atque legitimi mandati. ~~At quo ſuper~~ ^{At quo ſuper} ~~illis~~ ^{illis} ~~torvo~~ ^{torvo} que vultu ibi à Lati-
nis præſertim Hieronimo ~~ſelectus~~ ^{ſelectus} exceptus, quando et quomodo, cuius et impe-
rio è Tridento ~~expulſus~~ ^{expulſus} fuerit expulſus, nullis aliis ſeu magis concinnis ſi-
ve plus perſpicuis aperiiri valet verbi, quam hinc ex Hiſtor. Conc. lib. 22.
cap. 10. n. 3. deſumptis. Poſtquàm quàm Lunenſis ſermonem habuit cum Le-
gatis, res accidit, que argumentum præbuit obloquendi et Comitiſ violentiam et
in Preſidium libertatem. Hiſpania Capitula Tridentum miſerant multò antea,
ut ad rem aliam indicationem eſt, quendam Patriciam (Petrum Ariam ~~Corrigen-~~
dum) Canonicum Segobienſem, procuratorem ſuum, immunitatem ab Episcoporum
auctoritate, ab ipſis poſſeſſam deſenſurum: ad quam abrogandam reſatum fuerat
illius regni Episcopos adſpirare. Jam vero cum is nunquam fuiſſet admiſſus
in Conventum ad ſua poſtulata proferenda, codicillum Pontifici deſerendum
curaverat, quo illum orabat, ut ipſius cauſam Concilio committeret ſequere
diri juberet. Pontifex rogatum ſalebroſum intelligens, nolens, que deliberare de-
re à conditionibus pendente, quas præſentium oculi ſolum intueri poterant me-
rum codicillum, nullo ipſi adjecto reſcripto, ad Legatos miſit. Interim manda-
ta à Rege Catholicis ad Lunenſem perſenerunt, ut is procuratorem illum com-
pelleret ad diſcedendum Tridento, bonorum omnium, que ab eo in Hiſpania

888

possidebantur, jacturam comminatus: quod ne ab Hligarū quidem Episcopi plo-
ne comprobatum est; sed à reliquis admodum improbatum. Ea vero denuntiatio
habita Labaciam ad discessum coëgit. Latrum multitudinē, que vires ratione me-
tiebatur, visum est, esse Legatum minus sese opponere, et conservare liberum illum
Synodi statum, quem Principes ore postulabant, et manu violabant. Sed Legati ha-
ud ignari, quamquam semper nefas sit mala patrare, nefas non esse, quin et lauda-
bile nonnunquam ea permittere, ne majora bona prepediantur, noluerunt ut abac-
cidente rei substantia corrumperetur; seque apud crassiores homines excusarunt
ratione crassiore, dicentes, hujusce violentiæ nihil apparere in Actis, neminem
ad ipsorum Tribunal confugisse, adeoque se non obstringi ad eam causam agendam.
Non tamen desistere à querela apud Lunensem; quā defacto Regis mandato, et
quā res amplius non esset integra, se purgavit. Quamobrem arbitrati sunt, sibi aliud
non licere, nisi cuncta significare Pontifici, sine cujus aperta voluntate haud expe-
dire consuebat, ut ipsi periculosa aleam jacerent ad rem oburbandam. Nec
in eo solum finem habuit concepta à Rege in Letum Ariam et socium indignatus:
quippe ij jam regressi ad suam præbendam residentiam regio deceto extranei ab
Hligaria postidie Kalend. Decembris 1564. fuerunt denunciati, pœnaque hujus-
modi declarationi annexa multati. Quam cum per aliquot annos patienter subis-
sent, in primum tandem statum placato Rege integre restituti sunt, ut ~~libere~~ cita-
to loco S. 20. refert Colmenares.

D. Petrus Augustinus, Burgis 22. Februarii 1512. quo tempo-
re parentes Cuius Ferdinandi Regis Catholici aderant, in lucem editus, Antonii
Augustini germanus frater, S. Vicentii Rotensis Prior, seu major Prefectus, Ele-
nensis primum, deinde Oscensis, creatus Episcopus, hujus Ecclesiæ gubernacu-
la 30. Maji die 1545. adeptus, ad Synodum generalem tunc primum cum ef-
fectu Tridento convocata à Paulo III. Caroli V. Casaris jussu se contulit. Acces-
sisse quidem eum in celeberrimum illud totius orbis Christiani theatrum paulo ante
quartam Sessionem, ~~pauca~~ 8. Aprilis 1546. celebratam observatione Cardinali Labaci-
ani lib. 6. c. 16. n. 4. notum habemus. Et quamquam Synodus prima ~~deserens~~
subsellia novam Bononiæ sedem fixerat, ~~ad~~ Oscensis cum reliquis Hligariis perstitit
Tridentis, donec seduli et obnoxii Caroli Augusti studii ad eam urbem, voluit ~~ad~~
loam ad res maximas gerendas agissimum, diplomatiæ Julii III. Pape literis Con-
cilium reoratum est. Quo quidem tempore, post nonnullas habitas Sessiones, ~~in~~
universa ~~lata~~ fere Germania cepit conflorari flammis immanis belli, incen-

* unaque Jacensis

diu periculum non solum agere Tridentino, sed ipsimet urbi directo inferentis. Quare
 Latres tuam Protestantium velut excubi classem, sicut decreta ad biennium Syno
 di suspensione, fugam arripuerunt, debusque postea hanc etiam occasionem arripuerunt
 conspectu suorum omnium inopinatè se obtulit: quæ post longam sub mercenariorum
 potestate spectationem proxiuum Eastnem exhibitato animo letoque vultu suscep
 runt. Decennio in patriaense præceptis salutarihus moribus, boni sanioris doctrine pabu
 lo, præcipueque innocenti vite exemplis iam infuso, iterum pro imponenda ge
 nerali Synodo postrema manu, sub felicibus auspiciis Pii IV. summi Chuchiarony

* Provincie sue Concilio, anno 1565. Casatauguf
 ta coacto, libens inter
 fuit, et ut Decreta
 Tridentina tanto sui stu
 dio firmata solemniter
 exigerentur, et ad oppor
 tunitatem inde captandam
 festifcandi apud unctos
 operum suorum observatores,
 se in puncto mureni, quam
 benignissime posset, semper
 responsurum.

nerali Synodo postrema manu, sub felicibus auspiciis Pii IV. summi Chuchiarony
 omnium Eastnorum ad Tridentinam remeavit Civitatem. Revertens tam feliciter
 quam ab omnibus boni merito iure optabatur, ad suos regressus
 in vna sterna effudit, et per hanc in vna sterna
 his occasionibus, summo circumdolori obiit 26. Februarii 1572. et in pan
 aye ad sacra sub hac inscriptione marmore insculpta sepulchus.

PETRUS AUGUSTINUS,

Ant. F.

Episcopus Otcensis et Jacen.
 Ex Hellenfi Episcopo et Rotensi
 Priore: qui bis Tridenti
 Concilii causa

Adfuit,
 Vixit annos LX. dies IIII.
 Sedit annos XXVI. menses VIII.
 Dies XVIII. Ob. A. D.
 V. Kalend. Martii

~~MDLXXII~~

MDLXXII.

Didacus de Ainsa in Historia urbi Orcensis, aliisque Aragonie Annalium con
 cinatores meritam laudem et digna etlogia viro prudentissimo consecraverunt: apud
 quos videnda. Ex Castellanis, Petrus Ribadeneyra virum nobilitate atque virtute ex
 mium appellat lib. 4. Vita S. Ieronat. c. 19. cui consonat Nicol. Orland. l. 15. n. 66. 261.
 Societat.

F. Petrus Fernandez, Ordinis Prædicatorum, ob eximias virtutum ac literarum dotes, quibus apprime ornatus erat, Tridentina Synodo in summa sub Pio IV. convocazione interesse meruit inter summos Hispania Theologos, eo à Philippo Rege Catholico ad decus et ornamentum Concilii, et antiquæ Religionis exemplar destinatus, insigni Magistro Gallo comensissimæ Lincie datus. Deinde cum plurima apud omnes prudentia, et folletet laude, et maxima inter Sodaliter eximiatione, Præfecturam Provincia Hispania adeptus, eam singulari studio, perquam rara dextérité moderabatur anno 1566. ubi certor nos reddidit Mag. fr. Emmanuel de Mediano t. 1. Hist. Provinc. Hispan. part. 1. cap. 50. ubi Venerabilis et devotum Magistrum Fr. Petrum Fernandez appellat. ubi eo expeditur munere, Talabucensem familiam sus. bonum rependam suscepit: unde à S. Pio V. anno 1569. eductus est, ut in vestram Carmelitarum Castellana Provinciam congruo pue lustraret, in præter namque sus regule observantiam diligeret. Cum tandem à Gregorio XIII. electus esset ad separationem inter Carmelitas regulares et strictioris observantia stabilendam iudex datus fuisset, Salamanca in D. Stephano Carobio, cui tunc præerat, obiit an. 1580. mense Novembrii. Summas viri hujus laudes videbis apud fr. Franciscum in Substantia t. 1. Reformation. Carmelit. l. 2. c. 38. l. 4. c. 36. et 37. et l. 5. c. 8.

+ Patrem,

D. Petrus del Frago, Aragonensis, ex Uncastillo hujus regni oppido, vir literis tum sacris, tum profanis, triumque linguarum peritia, ac doctorali sacra Theologia laurea conspicuus, Parisiis una cum Melchione Alvarez à Vormediano haud pridem laudato literis data opera, in contubernio simul cum eodem fuit illustrissimæ Præfuli D. Francisci à Navarra Pacensis Episcopi, quocum tam sub Paulo III. quam sub Julio III. Tridentina Synodo conditione Theologus interfuit, Latineque ad Patres in die Ascensionis Domini anni 1551. peroravit. Tertio loco sub Pio IV. tandem convenit dignitate Episcopus, collatus sibi prope annum 1560. in Sardinia sacris Usellensi Ecclesia Insulari. Primus deinde Præful creati meruit Jacensis in Aragonia Ecclesia ab episcopali Oscensi cathedra ad Regis Catholici preces à S. Pio V. datis literis die 18. Junii 1571. sejuncta. Ad Oscensem inde ampliozem translatus sedem, primam populi gratulationem, probatissimasque et toto animo faustas salutationes excepit pridie Kal. Octobris an. 1577. Ea in urbe Seminarium sub invocatione S. Crucis excitavit juxta præscriptum Concilii Tridentini sess. 23. cumque in pascendo grege doctrinae copia, sublevandique pauperibus elemosynarum eleghionibus toto incumberet studio, extremum diem vidit pridie Kal. Februarii 1582. Edidit -

Orationem ad Tridentinos Patres habitam in sacra Ascensionis Domini solemnitate 7. Maii 1551. quæ seorsim typis mandata eodem (ut reor) anno, primum deinde Brixienfe, Lovaniense atque Parisinum passa est.

Poesim non infelicitè coluit, Musarum modulatiõibus et Charitum pillechis delicias. ~~Alia annuere vixit extra hunc orbem de amentum in revarianes que ad venientem in Hispaniam~~ E quarum commercio non inelegans illud enatum est carmen, quo adventem in Hispaniam Isabellam Valesiam ~~Abbat~~ tertiam Philij

277
p. II. uxorem Frago noster excepit, hanc præseferens inscriptionem -

Ad Isabellam Valesiam Gallorum Regis filiam, Philippo Hispaniarum Regi
Catholico desponsam, in Hispaniam ingredientem Archangelus ejusdem Provinciae
Princeps et defensor: adjunctis ejusdem Ductoris Scholis ad laudatum Melchiorum
Vosmedianum Accitanum seu Cudixensem electum, 1560. Nonnulla ejusdem -

Epiogrammata ad Viros Italiae doctos, et horum ad ipsum se vidisse M. S. Vin-
centius testatur Blasco de Lanuza Hist. Eccles. Hispan. altera part. lib. 4. cap. 53. qua
an alicubi per typos edita fuerint, ignorare fatebitur. Locus eundem ~~taxquam~~ Orab-
ris magni, Theologi atque Poetae conpellatione laudaverat t. 1. lib. 5. cap. 42. sed
latiori stylo Didacus de Ansa in Hist. urb. Oscens. In tanti Praesulis laudem verbi
quodam Michaelis Thomasi, à nobis supra laudati, de variis Collegiis constituendis cum
ea finem hic atexere non gravebitur. Cum haec scripsissem, eaque cum Reverendissimo
Episcopo Uselli, optime ac valde docto viro, qui tum Valentia veniebat, Tridenti, ubi
Concilii causa unum eramus, communicassem: narrauit mihi ille, multum se pro eare
laboravisse, ac praecipua quaedam capita ad eam rem conficiendam annotavisse. Nunc
cum ipse diu Valentiae moratus fuerit, et curam aliquot pagorum habuisset, in quibus
huiusmodi homines habitant, qui originem à Mahumetanis ducunt, potuit rem di-
ligenter considerare, et remedia tanto malo necessaria, providere. Quod ille non
solum fecit, sed verum etiam Regem Catholicum Philippum ea de re diligenter
admonuit: qui, quia est in Deum & res omnes, Ecclesiasticas pietate, libenter eius
admonitionem accepit, eique promissit se primo quoque tempore curaturum, ut
ei rei efficax aliquod remedium adhiberetur: atque ei iussit, ut rem illam cum
Archiepiscopo Ispali, Regnum Hispaniae supremo Inquisitore tractaret, qui, ut
mihi Episcopus Uselli retulit, rem valde probavit, pro qua dixit se multum ante
apud Carolum V. diligentissime egisse: cui rei ipse, ut est vir prudentissimus &
Catholicae fidei acerrimus propugnator, omnino à Rege, & ab omnibus Episcopis, qui
huiusmodi homines in sua dioecesi habent, quam citissime consulendum iudi-
cabat.

Regi
ria
schum
-
M. Vm
que
- Oris
42. fe
vex
licia
im
ubi
o care
Non
qu
em
le m
p
p
ut
cam
ut
at
re
qui
ubi

111.

Petrus de Fuentiduena, Segobienſis, natalem annum sortitus eſt ſextidecimo ſeculi tertium decimum, Petri a Fuentiduena et Mariae de Medina parentum fauſta proles. Grammatici in patria imbutus, Compluti mox Collegam egit, ut vocant, cum Trilinguem, tum Theologum: paſtereaque ad S. Ildephoni, quod maximum et ~~honorificentissimum~~ honorificentissimum eſt Academiae illius Collegium, apice inter haec Doctorali anno 1559. ornatus. Post aliquod tempus ad Tridentinam urbe pro coronide Synodo imponenda congregatus, Petri Gonzalez de Mendoza Salmantini Praesulis Theologus. Cujus quidem sacri conventus de eo iudicium, existimationemque ex vni consuetudine, atque concionibus docti ab eo atque eleganter habitis, rerumque gravissimarum tractatione ingeneratam, omnibus fecit testatissimam commissa eidem ad Inuentionem Joannis Fabricii Montani impij Sectarii Loetique huius diebus delatam ad Laheſ, responsio. Idque nactu et praescepto Luyſuratum Concilii ~~Reverſi~~ Principum, qui suam ipse operam modestè inter tot validos Ecclesiae athletas patione suo indicenti huius excusasset. Comitibus de Luna Regii ad sacrosanctam Synodum Oratoris nomine, solemni oratione, quidquid officii publici erat, die 21. Maii 1563. exhibuit. In illa ea simul cum amplissimis Philippi Regis oblati, (ait Lallacinius lib. 21. Hist. Concilii cap. 1. omnem conventus memoratæ diei enarrans ~~electa~~ sexim) egregie commemoravit ejus memorata vni Religionem Catholicam praesertim vero victoriam postremam ex Conago revertatam. Hele et Galli jactantiam et aculeam notavit, et Lansacus ad sui Regis Oratorem Venetis desertem sciussit, similem quoque sensum inest Caesarianis, et a Lu-nensi publice rem excusari. Ex adverso non solum reperio in Actis, ab locutione hero descriptis, a cordati vni eam accusationem fraud rationi assentaneam existimatam, quin gotius ample commendatam; sed in Actis Salcedi honorificam illius comprobationem congruis, atque reprehensionis mixtura. Oratio extat typis edita: (in dicto volumine Bononia impresso coniecit ad marginem) meum autem murus est narratori hoc est testis, non iudicis. Unus deinde fuit ex selectis Theologis et in duas classes partitis, alteram oppugnantium, propugnantium alteram Decretum, quo irrita reddebantur clandestina conjugia. Quare in propugnantium classe a laudato Cardinale lib. 22. cap. 9. n. 5. numeratur; tandemque videndum est ejusdem Hist. cap. 10. libri 24. ubi num. 16. meritum nomenque Fortitudinis nostri honorificentissimis commendat verbis. Dimissum ad Sedem suam Episcopum post sequutus, penitentiarium Salmanticae sacerdotium canonicum ex praescepto Synodi Tridentinae tunc primum creatum, atque etiam exacto annorum duodecim intervallo Alba Archidiaconatum suscepit, tenuitque; biennio post, nempe Kalendis Maii anni 1559. etatis autem 63. vni exemplis. Jacet in Salmantini templi sacello S. Nicolae Praesulis sacro. Eius omnia opera Joannes Baptista Terranova Salmanticensis Typographus post Lovaniensem omnium Tridentinarum Orationum, nova editione simul protulit: haec scilicet Apologiam pro sacro et Decumenco Concilio Tridentino adversus Joannem Fabricium Montanum ad Germanos. Seorsim haec pridiit Antuerpiae 1574. in 8. Orationem ad Laheſ habitam in sacro Concilio Tridentino nomine Regis Philippi II. pro Claudio Quignone Luna Comite. Haec seorsim Laheſa cum Martini Godoi de Loaisa Decani Seguntini, quem auctor sibi cha-

Rhetorica simul in illa Academia Professorum

rum habuit, ad vulgarem Castellę sermonem translatione simul edita fuit apud
Roblesium Typographum Compluti anno 1564. in 8. et cum aliis Tridentinis Bui-
xia Lovanii Parisique, necnon Bononiae.

Conciones duas habita ad eandem synodum anno 1562. alteram Do-
minica Sanctissime Trinitatis 24. Maii; alteram in Natali D. Hieronymi.
Salmanticae 1569. in 8. Antverpiaeque apud Plantinum in 8. Braxia Lovanii
ac tandem Parisiis cum aliis. Scripsit item -

Tres alias Orationes Romae ad Pium V. habitas: quas Lösserius in Appa-
ratu sacro laudat. Haec cum superioribus edita fuerunt Antverpia apud Planti-
num anno 1575.

Nec tacenda laus, quae Petrus venit ex commissio illi, ut recognosceret, at-
que ex octo veteribus exemplaribus MSS. emendato (uti Joannes Gualus re-
fert in praefatione editionis Sancti Iridori operum Martiniensis) iuxtaque emen-
dationem ab eo factam typi mandavit, una cum aliis Doctoris sanctissimi et sagi-
entissimi operibus, De Ortu atque obitu Latium libello, quem nonnemo praeci-
pua dignitatis scriptor, inique sibi, ad alium quemvis pertinere voluit. Noster
ad haec in Gypiani de la Huerga monachi Cisterciensis, quo familiariter con-
sulti usus est, celeberrimi illius aevi sacrorum librorum interpreti, concupis-
sime in Psalmos 38. et 130. Commentaria doctè quidem ad Martinum Goclori
Loanae praefatus est: uti et ad Nicolaum Strigoniae in Hungaria Praesulem, ha-
bitas ei duas ab Andrea Duditho Immensi Episcopo, regni illius ad Synodum
Oecumenicam procuratore magno plausu habitas, officii, et in auctorem observa-
tiae causa nuncians. Viri hujus doctrinam atque eloquentiam commendat
Ludovic. Cabrera pag. 331. Hist. Philippi II. adjungens operam suam navasse
Selecti a synodo Latibus ad ordinationem Catechismi. Cuiusque fame meminit Ja-
cob. Augustus Thuan. lib. 35. Histor. sui tempor.

+ Sbardellato

huc Leopoldo Legati, dabi ad id literis ad D. Petrum Guazerao Granaten
 sem Archiepiscopum seu nationis antequam, subjungit. Nam si Guazerao auctoritate
 te doctrinae pollebat; alii claritate generis eum superabant, dote minimum, quae reli-
 quis antecellit suorum aphantone possessorum; postquam vero Salmanticensis Antistes
 Letao Confalons Mendosa, Ducis Infantadi frater, et ex primariis Hispaniae Princi-
 bus. Unde inter hos duos, dum orationem Lusitanum in urbe ingressu comitabantur, con-
 lato orda fuerat: deinde Mendosa ad dextram, ubi se deventum est, praegmen-
tionem peroravit, et Guazerao ad dextram, ubi se deventum est, praegmen-
tionem peroravit, et Guazerao ad dextram, ubi se deventum est, praegmen-
 dencia Praesulum apud suas Ecclesias tanquam iure divino mandata declaravit; Præter contende-
unt (ait lib. 16. c. 12. n. 1.) ne omittetur articulus de mansione. Cui tam fortiter
 adhaerebant Hispani, ut die vigesimo quinto Maii (1562.) per opportunitatem una
 convenendi ad solemnes vespertinas preces sanctissime Trinitatis, cui diei ille sacer
 erat, statim postea coetum habuerint super ea re. Ab hujusmodi privati congressu
 bus, quasi aut sediciosi, aut exempli mali, abhorrebat Salmanticensis Episcopus,
 via ex ingenio mansuetudine praeus ad pacem, et qui ex natalium praestantia mini-
 me dignabatur sui proferri animi submittere suorum coetum sensibus, adeoque
 nec cum reliquis Hispanis convenire consueverat: sed hac ipsa de causa a Praeside
 paratum illud consilium subodorati, Praesulem rogaverunt ut interesset, ac immo
 mitigaretur; quod ipse re praestitit. Spone hoc Mendosa rationibus valde effi-
cacebat ad Hispanorum animos emolliendos, prout n. 8. Sive memorati Mendosa sui-
rationibus, sive alii rationibus Hispani gemina concepta demeritatione abstru-
